# Nikolaus V.

## Constitutiones sive regule Cancellarie sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti[a]

[a] Constitutiones - quinti *Karlsruhe 355, Wien 3248; Berlin 302* Regule Cancellarie Nicolai pape quinti*; VL 4988* Regule Nicolai pape 5*; VL 4989* Norme domini pape N‹icolai› quinti*; Eichstätt 484, Wilhering 78* Regule Cancellarie*; Sevilla 7* Regule pape Nicolai quinti*; ohne Überschrift sind Firenze 64, München 26837, Padova 64, Sevilla 5, Wien 4971, Würzburg 61, Würzburg 131*

### 1.

In crastino assumptionis eius videlicet VII mensis martii anno XLVII, Franciscus episcopus Portuensis vicecancellarius, die XX eiusdem mensis publicate sunt regule Cancellarie[a] *(!)*.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster[b] dominus[c] Nicolaus divina providentia[d] papa quintus[e] normam et ordinem[f] gerendis dare satagens in crastinum assumptionis eius ad summi[g] apostolatus apicem, videlicet die septima[h] mensis martii anni a nativitate domini millesimi[i] quadringentesimi[j] quadragesimi septimi[k1], reservationes, constitutiones et regulas infrascriptas fecit, quas etiam ex tunc suo tempore duraturas observari[l] voluit et quas de eius mandato nos Franciscus[2] miseratione divina[m] episcopus Portuensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius die vicesima[n] mensis eiusdem[o3] in Cancellaria apostolica et Audientia publica litterarum[p] contradictarum fecimus publicari.

[1] *1447 März 7.*
[2] *Franciscus Condulmer.*
[3] *(1447 März) 20.*

[a] In - Cancellarie *Würzburg 61*
[b] noster *fehlt Padova 64, Wilhering 78*
[c] dominus *fehlt München 26837*
[d] divina providentia *fehlt Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, München 26837, Sevilla 5, Wien 3248, Wien 4971, Wilhering 78, Würzburg 131*
[e] quintus *VL 4988* 5*; Sevilla 5* quintus
[f] ordinem *Karlsruhe 355, Wien 3248* ordinationem
[g] assumptionis - summi *München 26837* assumptionem assumi*;* summi *Wilhering 78* summum
[h] septima *Berlin 302, Padova 64* VII
[i] millesimi *München 26837* M
[j] millesimi quadringentesimi *Karlsruhe 355, Wien 3248* M CCCC
[k] millesimi - septimi *Berlin 302, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7* MCCCCXLVII
[l] observari *Eichstätt 484* observare
[m] miseratione divina *fehlt Eichstätt 484*
[n] vicesima *VL 4988* 20*; VL 4989, Karlsruhe 355, München 26837, Sevilla 5, Wien 3248* XX
[o] eiusdem *Karlsruhe 355, Wien 3248* augusti
[p] litterarum *fehlt Würzburg 131*

## De reservationibus[a]

[a] De reservationibus *Würzburg 131*

### 2.

IN PRIMIS RESERVATIONES FECIT SIMILES ‹CONSTITUTIONIBUS› BENEDICTI PAPE XII, QUE INCIPIT „AD REGIMEN", AC ETIAM IOHANNIS PAPE XXII, QUE INCIPIT „EXECRABILIS"[a].

In[b] primis[c] reservationes fecit similes illis[d], que in constitutione felicis recordationis[e] Benedicti pape XII[f], que incipit „Ad regimen"[1], continentur, etiamsi officiales ibidem expressi[g] ante obitum eorum apostolice sedis[h] officiales esse desierint[i], quoad beneficia[j] videlicet, que[k] tempore, quo[l] sic[m] officiales erant, ipsi[n] obtinuerunt, et reservavit beneficia[o], que per constitutionem[p] pie memorie Iohannis pape[q] XXII[r], que incipit „Execrabilis[s2]", vacare contigerit.

[1] = *Benedikt XII. Nr. 35B.*
[2] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

[a] In - Execrabilis *Würzburg 61; Sevilla 7* Fecit similes reservationes illis contentis in extravaganti „Ad regimem"; reservat beneficia, que per constitutionem „Execrabilis" [vacant]
[b] In *München 26837* Item in
[c] *Sevilla 7 folgt* siquidem
[d] illis *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248*
[e] felicis recordationis *fehlt Wilhering 78*
[f] XII *VL 4988* 12*; München 26837, Sevilla 5, Sevilla 7, Wilhering 78* duodecimi*; Padova 64 folgt* predecessoris sui
[g] expressi *München 26837* expresse
[h] sedis *fehlt München 26837*
[i] desierint *München 26837* deservit
[j] *Karlsruhe 355, Sevilla 5, Wien 3248, Würzburg 131 folgt* etc.
[k] que *München 26837* quo
[l] quo *Eichstätt 484* suo*; VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Padova 64, Sevilla 7, Wien 3248 folgt* sic
[m] sic *fehlt* München *26837, Würzburg 131*
[n] erant ipsi *fehlt München 26837*
[o] videlicet - beneficia *fehlt Wilhering 78*
[p] constitutionem *fehlt Sevilla 5*
[q] Iohannis pape *Sevilla 5* Io(hannem) papam
[r] XXII *VL 4988* 22*; Sevilla 7* vicesimi secundi
[s] Execurabilis *Wilhering 78* Execralis *(!)*

### 3.

ITEM RESERVAVIT OMNES PROVISIONES OMNIUM CATHEDRALIUM[a].

Item reservavit specialiter[b] provisiones omnium ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac patriarchalium[c] et, quorum[d] fructus etc.[e] ultra ducentos[f] florenos auri de Came-

ra secundum communem extimationem[g] valeant annuatim[h], monasteriorum[i], quotiens huiusmodi reservationibus uti voluerit.

---

[a] Item - cathedralium *Würzburg 61; Sevilla 7* Reservat ecclesias cathedra[les] et metropolitanas; item parochiales *(!)*, quorum fructus valeant ultra ducentos florenorum auri de [camera]*; Wien 3248* De episcopalibus

[b] specialiter *fehlt Sevilla 5; VL 4988, VL 4989* similiter

[c] patriarchalium *Sevilla 7* parochialium

[d] quorum *Würzburg 131* quorumcumque

[e] etc. *fehlt Berlin 302*

[f] ducentos *Sevilla 5* CC

[g] *Eichstätt 484, Wilhering 78 folgt* valoris*; Berlin 302, Karlsruhe 355, Wien 3248 folgt* non

[h] *Würzburg 131 folgt* nec non

[i] valeant - monasteriorum *VL 4988, VL 4989* valorem annuum non excedant*;* annuatim monasteriorum *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248*

## 4.

ITEM RESERVAVIT OMNES DIGNITATES MAIORES POST PONTIFICALES IN CATHEDRALIBUS AC PRINCIPALES IN COLLEGIA‹TIS› NEC NON PRIORATUS, PREPOSITURAS AC DIGNITATES CONVENTUALES ETC. FAMILIARIUM CARDINALIUM[a].

Item reservavit[b] generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus et metropolitanis ac principales in collegiatis ecclesiis nec non prioratus, preposituras[c], prepositatus[d] ac alias[e] dignitates conventuales et preceptorias generales ordinum quorumcumque, sed non militarum[f], et singula beneficia ecclesiastica, que sui nec non sancte Romane ecclesie, qui suo tempore fuerunt, cardinalium familiares et continui commensales obtinent et in posterum[g] familiaritate huiusmodi durante obtinebunt[h], etiamsi ab illa[i] per obitum cardinalium eorundem[j] vel[k] alias recesserint.

---

[a] Item - cardinalium *Würzburg 61; Sevilla 5* Reservatio de maioribus post pontificales et de principalibus in collegiatis. Reservatio de familiaribus cardinalium *und zu* familiares *mit Verweiszeichen am Rand* Quid tenetur exprimere impetrans beneficii familiaris? Vide regulam „Item voluit, quod impetrans“ folio VI *(= Nr. 32); Sevilla 7* Reservat generaliter omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus et m[etropolitanis] / Item principalis in collegi[atis] / Item prioratus, prepositatus et alias dignitates quemcumque conventuales / Excipit preceptoria militarum / Item beneficia familiarium car[dinalium] suo tempore continue commensalium, que obtinunt et obtinebunt familiaritate durante, etiamsi ab illa per obitum vel aliter re[ces]serint*; Wien 3248* De beneficiis familiarium cardinalium

[b] *Eichstätt 484 folgt* alias specialiter*; Wien 3248 folgt* specialiter

[c] preposituras *fehlt Sevilla 7*

[d] prepositatus *Eichstätt 484* instatus *(!)*

[e] alias *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248, Würzburg 131*

[f] militarum *Berlin 302, Sevilla 5, Würzburg 131* militiarum

[g] in posterum *Sevilla 7* postquam

[h] obtinebunt *fehlt Wien 3248*

[i] ab illa *fehlt Sevilla 5;* illa *Karlsruhe 355, Wien 3248* illo

[j] eorundem *Sevilla 7, Wilhering 78* eorum

[k] vel *Sevilla 7* illis

## 5.

ITEM RESERVAVIT BENEFICIA COLLECTORUM[a].

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica, que suo tempore collectores[b] et in singulis diocesibus unici[c] subcollectores[d] fructuum ac proventuum Camere apostolice debitorum tunc obtinuerunt[e] et super eo, quod tales fuerint, per[f] autenticas[g] de Camera predicta vel alias[h] litteras ac[i] de subcollectorum ipsorum[j] exercitiis in colligendis fructibus et proventibus huiusmodi per testes idoneos in Cancellaria[k] apostolica, antequam reservatio huiusmodi dispositive[l] detur, ac in iudiciis documentum habeatur.

[a] Item - collectorum *Würzburg 61; Sevilla 7* Item reservat beneficia collectorum et subcollectorum
[b] collectores *München 26837, Padova 64* collatores
[c] unici *fehlt München 26837*
[d] subcollectores *Karlsruhe 355* subcollectorum
[e] tunc obtinuerunt *fehlt Würzburg 131*
[f] et super - per *fehlt Berlin 302*
[g] autenticas *Würzburg 131* autenticos
[h] alias *fehlt München 26837*
[i] ac *München 26837* ut
[j] ipsorum *Sevilla 5, Würzburg 131* suorum*; Wilhering 78* illorum
[k] Cancellaria *Wilhering 78* Camera
[l] dispositive *fehlt Padova 64; VL 4988* dispositione

## 6.

ITEM RESERVAVIT BENEFICIA QUORUMCUMQUE CURIALIUM[a].

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica[b] quorumcumque curialium, quos, dum[c] curia[d] Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco quantumcumque etiam a dicta curia remoto.

[a] Item - curialium *Würzburg 61; Sevilla 5* Reservatio de curialibus decedentibus sequendo curiam*; Sevilla 7* Reservat beneficia curialium morientium, ‹quando› de curia vadit [d]e loco ad locum
[b] ecclesiastica *fehlt VL 4988*
[c] dum *Eichstätt 484, Wilhering 78* cum
[d] curia *Wilhering 78* cura

## 7.

ITEM RESERVAVIT BENEFICIA CUBICULARIORUM QUORUMCUMQUE ET CURSORUM[a].

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque cubiculariorum et[b] cursorum suorum.

[a] Item - cursorum *Würzburg 61; Sevilla 7* Reservat beneficia cubiculariorum et cursorum suorum

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[b] *Padova 64 folgt* aliorum

### 8.

ITEM RESERVAVIT OMNES CANONICATUS ET PREBENDAS ET DIGNITA‹TE›S ET OMNIA ALIA BENEFICIA AD CARDINALES SPECTANTIA AD EORUM COLLATIONEM IN ABSENTIA EORUM A ROMANA CURIA[a].

Item reservavit dispositioni sue generaliter[b] omnes canonicatus et prebendas ac dignitates etc. ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam[c] dispositionem sancte Romane ecclesie cardinalium[d] a[e] Romana curia absentium ratione[f] suorum in eorum cardinalatibus ecclesiarum et titulorum spectantia[g], quamdiu[h] absentia huiusmodi duraverit[i], atque decrevit[j] etc.

[a] Item - curia *Würzburg 61; Sevilla 7* Reservat beneficia spectantia ad cardinales ratione titulorum suorum absentia eorum a curia durante
[b] generaliter *fehlt Karlsruhe 355, Sevilla 7*
[c] aliam *München 26837* aliquam
[d] cardinalium *fehlt Würzburg 131*
[e] a *München 26837* aut
[f] ratione *Eichstätt 484* Romane
[g] spectantia *Sevilla 5* exspectantia
[h] quamdiu *fehlt VL 4988*
[i] duraverit *VL 4988* durante
[j] atque decrevit *fehlt VL 4988*

### 9.

ITEM DECLARAVIT OMNIUM CATHEDRALIUM ECCLESIARUM ET MONASTERIORUM PROVISIONES, QUAS EUGENIUS ORDINATIONI SUE RESERVAVIT, QUE QUIDEM ECCLESIE TEMPORE OBITUS SUI VACABANT ETC., DECERNENS IRRITUM ET INANE[a].

Item declaravit[b] omnium et singulorum cathedralium ecclesiarum et monasteriorum provisiones, quas felicis recordationis Eugenius papa quartus[c] eius predecessor ordinationi et dispositioni sue, nec non ommia beneficia ecclesiastica[d], que dictus predecessor etiam prefate dispositioni[e] cum interpositione decreti reservaverat, que quidem ecclesie ac monasteria nec non sic[f] reservata beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant, aut ecclesie ac monasteria huiusmodi, si[g] commendata vel eis administratores[h] deputati non fuissent, etiam tunc vacassent[i], remansisse et remanere per huiusmodi reservationem ac decretum[j] affecta nullumque de illis[k] preter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse sive posse quoquomodo, decernens irritum et inane, si secus de illis attemptatum forsan erat[l] tunc vel in posterum contingeret attemptari.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] Item - inane *Würzburg 61; Sevilla 5* Declaravit beneficia per predecessorem suum reservata affecta*; Sevilla 7* Declarat beneficia reservata per predecessorem suum tempore eius obitus non collata adhuc reservata remanere ad interpositionem decreti irritantis
[b] declaravit *fehlt München 26837*
[c] quartus *Berlin 302, München 26837, Padova 64, Sevilla 5* IIII*; VL 4988, Sevilla 7* 4
[d] beneficia ecclesiastica *Sevilla 5, Würzburg 131* et singula
[e] Item - dispositioni *fehlt Firenze 64*
[f] nec - sic *fehlt München 26837*
[g] si *Karlsruhe 355, Wien 3248* sic
[h] vel - administratores *Würzburg 131* ad eius administrationum
[i] vacassent *Eichstätt 484* vacasse
[j] decretum *Sevilla 7* decreta*; Wien 3248* decretam
[k] illis *Berlin 302* aliis
[l] erat *fehlt Wien 3248; Würzburg 131* erit

## De diversis formis[a]

[a] De - formis *VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Sevilla 5, Würzburg 61, Würzburg 131;* formis *Karlsruhe 355, Wien 3248* modis

### 10.

ITEM SUPER CONCESSIONIBUS DOMINI EUGENII EXPEDIANTUR LITTERE „‹RATIONI› CONGRUIT“[a].

Item voluit, quod super concessionibus per[b] prefatum dominum[c] Eugenium[d] et eius mandato factis[e] expediantur littere in forma „Rationi congruit[f]“ etc. iuxta constitutiones et regulas[g] desuper congruentes, prout[h] moris est.

[a] Item - congruit *Würzburg 61 (statt* rationi *Lücke); Sevilla 7* Super concessionibus predecessor[is] expediantur littere in for[ma] „Rationi congruit“
[b] per *Wilhering 78* preter
[c] dominum *fehlt VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484*
[d] *VL 4988, VL 4989, Karlsruhe 355, Würzburg 131 folgt* predecessorem
[e] factis *München 26837* facto
[f] *Sevilla 7 folgt* et convenit
[g] regulas *Würzburg 131* litteras
[h] prout *Berlin 302, Karlsruhe 355, Sevilla 5, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78* ut

### 11.

ITEM REVOCAVIT GRATIAS EXPECTATIVAS[a].

Item revocavit quascumque gratias expectativas etiam cum extensionibus, prerogativis et indultis ac privilegiis[b] et nominationum etc.[c] facultates per[d] prefatum[e] Eugenium quomodolibet concessas quoad ea, in quibus nondum sortite[f] fuerant effectum[g].

[a] Item - expectativas *Würzburg 61; Sevilla 7* Revocat grati[as] expectativas, que non sortite sunt effectum
[b] privilegiis *VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Firenze 64, Karlsruhe 355, München 26837, Padova 64, Wien 3248, Würzburg 131* pro illis
[c] nominationum etc. *München 26837, Wien 3248* nominationem et*; Wilhering 78* nominationi

[d] per *fehlt München 26837*
[e] *Sevilla 7, Wilhering 78 folgt* dominum
[f] nondum sortite *Wilhering 78* mund(um) sentire
[g] effectum *Wien 3248* affectum

## 12.

ITEM SIGNATURA PER „FIAT“ PRECEDERE DEBET PER „CONCESSUM“[a].

| *Alle anderen Textzeugen.* | *Firenze 64(b), Würzburg 131(b).* |
|---|---|
| Item voluit, quod[b] signaturis[c] per „Fiat[d]“ et per „Concessum“ eadem die concurrentibus signatura per „Fiat“ huiusmodi[e] preferatur. | Item voluit, quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio per „Fiat“ et per „Concessum“ signaturis ex eis per „Fiat“ habens alteri preferatur. |

[a] Item - Concessum *Würzburg 61; Sevilla 5* Quod prefertur signatura per „Fiat“*; Sevilla 7* Signatura per „Fiat“ preferatur signature per „Concessum, quando eadem die concurrunt
[b] voluit quod *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248, Würzburg 131(a)*
[c] signaturis *Berlin 302* signaturam*; Wien 3248, Würzburg 131(a)* signaturas
[d] Fiat *München 26837* Fuit
[e] huiusmodi *Sevilla 5* omnino

## 13.

ITEM UT LITTERE SCRIBANTUR, NE DETUR OCCASIO FALSI[a].

Item, ut in apostolicis litteris committendi crimen falsi per amplius occasio[b] tollatur, voluit, statuit et ordinavit, quod in antea[c] dictiones numerales[d], que in dictis litteris ante kalendas, nonas[e], idus[f] immediate poni consueverunt, per litteras et sillabas extense scribantur et ille ex prefatis litteris, in quibus huismodi dictiones[g] aliter scripte fuerint, ad bullariam non mittantur.

[a] Item - falsi *Würzburg 61; Sevilla 7* Quod in litteris apostolicis diction[es] numerabiles ut in kalendas, nonas et idus pon[en]tur ad longum et exten[se], aliter scripte non mittant ad plumbum*; Würzburg 131* De dictionibus numeralibus
[b] occasio *fehlt Würzburg 131; München 26837* occisi
[c] antea *Eichstätt 484* ante
[d] numerales *Sevilla 7* numerabiles
[e] nonas *VL 4988* noven(bris)
[f] nonas idus *fehlt München 26837*
[g] dictiones *Firenze 64* littere

## 14.

ITEM DE PRELATIONE IN BENEFICIIS ASSEQUENDIS[a].

Item voluit[b], quod de concurrentibus super vacantibus seu certo modo vacaturis beneficiis illi[c], quibus gratie motu proprio conceduntur, ceteris[d] simili motu[e] gratias non habentibus, alias graduati non graduatis et inter graduatos magis graduati ac inter equaliter graduatos prius graduati[f] nec non colorato[g] titulo possessores non possessoribus et inter personas alias in curia presentes ab ea absentibus[h] ac inter presentes non beneficiati beneficiatis et similiter inter absentes, in reliquis vero singuli, qui prius apostolicas[i] desuper litteras earum executoribus presentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit[j], beneficiorum[k] assecutione preferantur.

PUBLICATIO PREMISSARUM REGULARUM[l]

Lecte et publicate fuerunt prescripte constitutiones per me Carolum de Stroziis[1] in Audientia contradictarum[m], die[n] XX mensis[o] martii pontificatus eiusdem sanctissimi[p] domini nostri[q] anno primo[r2], et, eadem die, in Cancellaria apostolica comportate domino vicecancellario prima a felicis recordationis Eugenio IIII habita‹tione›[s].

---

[1] *Carolus de Strozzis.*
[2] *1447 März 20*.

---

[a] Item - assequendis *Würzburg 61; Sevilla 7* De concurrentibus motu proprio preferantur in supplicantibus / Graduati non graduatis / Inter graduatos magis graduati / Inter equaliter graduatos prius graduati / Colorato titulo possessores non possessoribus / Presentes in curia absentibus / Inter presentes non beneficiati beneficiatis et similiter inter absentes / In reliquis, qui prius litteras suas executoribus presentaverunt*; Wien 3248* Quis alicui prefertur*; Würzburg 131* Qui debent precedere in gratiis factis et fiendis
[b] voluit *fehlt Sevilla 7*
[c] illi *VL 4988, München 26837, Wilhering 78* illis
[d] ceteris *fehlt Wilhering 78*
[e] motu *Eichstätt 484, Würzburg 131* modo
[f] prius graduati *Würzburg 131* primus graduatus
[g] colorato *Würzburg 131* tol‹l›erato
[h] absentibus *Wilhering 78* absentes
[i] apostolicas *fehlt München 26837*
[j] agi contigerit *fehlt Sevilla 7*
[k] de quibus - beneficiorum *fehlt Berlin 302*
[l] Publicatio premissarum regularum *Sevilla 7*
[m] per - contradictarum *fehlt Würzburg 131*
[n] die *fehlt Firenze 64, Wilhering 78*
[o] mensis *fehlt Firenze 64*
[p] sanctissimi *fehlt Padova 64, Sevilla 7, Wilhering 78*
[q] pontificatus - nostri *fehlt Würzburg 131*
[r] primo *Würzburg 131* I
[s] Lecte - habitatione *fehlt Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, München 26837, Sevilla 5, Wien 3248;* et eadem - habitatione *fehlt Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131;* comportate - habitatione *fehlt Wilhering 78*

## 15.

ITEM BENEFICIA FAMILIARUM PAPE ET CARDINALIUM RESERVATA REMISIT[a].

Item, die premissa[1], decrevit idem dominus noster ecclesiastica beneficia, que familiares etiam[b] domestici et continui commensales[c] predecessorum suorum Romanorum[d] pontificum nec[e] non aliorum de papatu contendentium[f] ac defunctorum sancte Romane ecclesie cardinalium et preteritis temporibus collectorum[g], subcollectorum[h] fructuum ac proventuum Camere apostolice debitorum et alia[i], que dimiserunt vel a quibus cessaverunt[j], officia exercentes obtinebant et obtinent[k], propter familiaritatem vel exercitium officiorum huiusmodi deinceps[l] non debere censeri reservata.

[1] *(1447 März 20).*

[a] Item - remisit *Würzburg 61; Sevilla 5* Hec regula limitatur per regulam „Cum decreverimus“ infra folio X[VII] anno IIII *(= Nr. 115)*
[b] etiam *fehlt Würzburg 131; Karlsruhe 355, Wien 3248* eorum
[c] commensales *Berlin 302* mensales et eorum commensales
[d] Romanorum *fehlt VL 4988*
[e] nec *fehlt Sevilla 7*
[f] contendentium *Würzburg 131* continentium
[g] collectorum *fehlt Sevilla 7; Berlin 302, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Padova 64, Wien 3248, Würzburg 131* collectorie*; Sevilla 5* collectores*; Wilhering 78* collectorem
[h] subcollectorum *Berlin 302, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Padova 64, Wien 3248, Würzburg 131* subcollectorie*; Wilhering 78* subcollectorem*; Sevilla 5, Sevilla 7* subcollectorie
[i] alia *Sevilla 7* alii
[j] cessaverunt *Berlin 302* cassaverunt
[k] et obtinent *fehlt Wilhering 78*
[l] deinceps *fehlt Wilhering 78*

## 16.

ITEM IN COMMISSIONIBUS AMOVIT FRAUDEM[a].

Item, ne per varias, que pro[b] commissionibus habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones iustitia postponatur, idem dominus noster[c] decrevit atque declaravit sue intentionis fore, quod deinceps per quamcumque[d] signaturam sive concessionem pro commissionibus huiusmodi per sanctitatem suam vel eius mandato faciendam[e] nulli ius sibi[f] quesitum quomodolibet[g] tollatur.

[a] Item - fraudem *Würzburg 61; Sevilla 5* Non intendit tollere alicui ius quesitum per quamcumque signaturam*; Sevilla 7* Declarat, quod per sign[aturam] commissionis non intendit preiudicare iure quesito*; Würzburg 131* De commissionibus
[b] pro *Würzburg 131* in
[c] *Padova 64 folgt* ut suum unicuique ius servetur
[d] sue - quamcumque *fehlt Wilhering 78*
[e] faciendam *Berlin 302* faciendis
[f] sibi *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248*
[g] quomodolibet *fehlt Wilhering 78*

## 17.

ITEM INCORPORATIONES REVOCAVIT[a].

Item rationabilibus[b] suadentibus causis ipse dominus noster omnes uniones, annexionnes et incorporationes de quibusvis cathedralibus nec non aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus[c], officiis ac beneficiis ecclesiasticis, qualiacumque fuerint, invicem vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis[d], dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis et locis quomodolibet apostolica vel alia quavis auctoritate factas, que nondum sortite fuerint effectum et[e] propter quas illi, quorum intererat, sic unitorum possessionem pacificam assecuti non extiterant[f], ac quecumque concessiones et mandata super unionibus, annexionibus et incorporationibus taliter faciendis revocavit, cassavit et irritavit nulliusque[g] decrevit existere[h] firmitatis ac singulas causas ubicumque desuper pendentes indecisas advocavit[i] indeque lites extinxit nec alicui quascumque clausulas vel adiectiones[j] in quibusvis apostolicis, etiam que motu proprio et ex certa scientia processerant vel emanaverant, litteris[k] quomodolibet contentas adversus revocationem[l], cassationem[m] et irritationem[n] huiusmodi voluit[o] aliquatenus suffragari.

---

[a] Item - revocavit *Würzburg 61; Sevilla 5* Cassavit omnes annexiones, de quibusvis beneficiis, que nondum sortite fuerunt effectum et etiam revocavit omnia mandata super eisdem facienda et advocavit omnes causas desuper pendentes et lites extinxit*; Sevilla 7* Revocat uniones, que non sunt sortite effectum*; Wien 3248* De incorporationibus
[b] rationabilibus *Eichstätt 484* rationibus
[c] *Firenze 64 folgt* administrationibus
[d] mensis *fehlt Würzburg 131; Eichstätt 484* mensibus
[e] que - et *fehlt VL 4988, VL 4989, Firenze 64; Padova 64* et
[f] assecuti - extiterant *VL 4988, VL 4989, Firenze 64; Padova 64* tunc non tenebant*;* extiterint *Sevilla 5* steterant
[g] nulliusque *Sevilla 7* nullique
[h] existere *Eichstätt 484* subsistere
[i] advocavit *Würzburg 131* revocavit
[j] adiectiones *Würzburg 131* adiectionales
[k] litteris *Eichstätt 484, Würzburg 131* litteras
[l] revocationem *Wilhering 78* advocationem
[m] cassationem *Eichstätt 484* cessationem
[n] irritationem *Würzburg 131* limitationem
[o] voluit *Padova 64, Wilhering 78* noluit

**18.**

ITEM LITTERAS REVALIDAVIT PREDECESSORIS[a] SUI GRATIE VEL IUSTITIE ANTE ANNUM OBITUS SUI CONCESSAS[b].

Item[c] predictus dominus noster omnes et singulas ab ipso Eugenio predecessore[d] infra annum ante diem obitus eiusdem concessas[e] gratie vel iustitie litteras temporibus debitis earum executoribus[f] non presentatas etiam quoad[g] beneficia, que concernebant, in quibus videlicet tunc aliis specialiter ius quesitum non erat, omnino[h] revalidavit et in statum pristi-

num, quo videlicet antea[i] fuerant, et[j] eos, pro[k] quibus[l] erant obtente, quoad hoc plenarie restituit[m] ac decrevit per executores predictos vel ab eis subdelegandos[n] perinde ad ipsarum executionem procedi posse et debere[o], ac si executio huiusmodi temporibus predictis inchoata fuisset.

---

[a] predecessoris *Würzburg 61* ammessorum *(!)*
[b] Item - concessas *Würzburg 61; Sevilla 7* Revalidat litteras tam iustitie quam super beneficiis a predecessore suo infra [ann]um ante ‹diem› obitus sui ‹concessas› debitis temporibus suis executoribus non presentatas
[c] *Karlsruhe 355, Wien 3248 folgt* quod
[d] *Sevilla 7 folgt* suo
[e] concessas *Sevilla 7* concesse
[f] executoribus *Sevilla 7* executorialibus
[g] quoad *Karlsruhe 355, Wien 3248* ad
[h] omino *Wilhering 78* omnes
[i] antea *VL 4988, VL 4989* ante ea
[j] et *Sevilla 7* ut
[k] pro *Firenze 64 a*
[l] pro quibus *Wilhering 78* que prius
[m] restituit *Würzburg 131* instituit
[n] subdelegandos *Eichstätt 484* surrogandos*; Karlsruhe 355, Wien 3248* subdelegandis*; Wilhering 78* delegandos
[o] et debere *fehlt Sevilla 7*

## 19.

ITEM VOLENS HABERE GRATIAM[a] DEBET HABERE ETATEM X ANNORUM, SED CATHEDRALIUM 14 ANNORUM[b].

Item voluit[c], quod in obtinendis canonicatibus et prebendis cathedralium etiam[d] regularium ecclesiarum etas XIIII[e] annorum existat, alias gratia, que[f] inde[g] pro constituto in minori etate[h] fieri contigerit, nisi desuper signatura vel indultum sufficiens[i] habeatur, ac etiam in gratiis super beneficiis quibuscumque de petentium etate, si[j] minores decem[k] annis fuerint, mentio fiat, alioquin gratie huiusmodi sint nulle.

---

[a] gratiam *Würzburg 61* gratie
[b] Item - annorum *Würzburg 61; Sevilla 7* In canonicatibus et prebendis in cathedralibus et regularibus ecclesiis requiratur etas XIIII annorum / Minores X annis petentes gratias super beneficiis quibuscumque faciant omnino mentionem de ipsa etate*; Wien 3248* 14 annis*; Würzburg 131* De etate, que reperitur
[c] voluit *fehlt Firenze 64*
[d] etiam *Eichstätt 484, Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131* et*; Wilhering 78* aut
[e] XIIII *Berlin 302* quattuordecim*; VL 4988, Wilhering 78* 14
[f] alias - que *Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Firenze 64, Karlsruhe 355, Padova 64, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78, Würzburg 131* et gratia quam alias
[g] inde *Karlsruhe 355, Wien 3248* exinde
[h] etate *Wilhering 78* ratu *(!)*
[i] sufficiens *Eichstätt 484* mandatum suppliciens
[j] si *Wilhering 78* et
[k] decem *Berlin 302, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7, Würzburg 131* X*; Karlsruhe 355, Wien 3248* dictis

## 20.

ITEM, UT CURATUS SCIAT IDIOMA, CUI PROVIDETUR[a].

Item voluit, quod, si contingat ipsum alicui persone de parochiali ecclesia providere seu mandare provideri vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat et intelligibiliter loquatur idioma loci[b], ubi ecclesia[c] huiusmodi[d] consistit, provisio seu mandatum et gratia desuper nullius sint roboris vel momenti.

[a] Item - providetur *Würzburg 61; VL 4989, Sevilla 5, Wien 3248* De idiomate*; Sevilla 7* Provisio facta de aliqua parochiali ecclesia vel gratia expectativa concessa alicui nescienti intelligibiliter loqui idioma sit nulla*; Würzburg 131* De idoneitate
[b] *VL 4988, VL 4989 folgt* illius
[c] ecclesia *Eichstätt 484* etiam
[d] huiusmodi *fehlt Wilhering 78*

## 21.

PROVISIO FACIENDA IMPETRANTI BENEFICIUM VIVENTIS SIT NULLIUS VALORIS[a].

Item, si quis supplicaverit sibi[b] de beneficio quocumque tamquam per obitum alicuius licet tunc viventis vacante provideri et illud postea per obitum eius vacet, provisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo[c] facienda nullius sit roboris vel momenti.

[a] Provisio - valoris *Sevilla 7; Sevilla 5 (links)* De impetratione beneficii non vacantis *(und rechts)* Vide aliam regulam ... de hac materia infra folio V „Item voluit“ *(= Nr. 30); Wien 3248* Si vero obiit
[b] sibi *fehlt Würzburg 131*
[c] denuo *fehlt Sevilla 7*

## 22.

DE UNIONIBUS FIENDIS ET CONFIRMATIONIBUS SUPER FACTIS[a].

Item voluit, quod[b] petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum valorem[c] secundum communem extimationem tam beneficii[d] uniendi quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat, et semper in unionibus commissio[e] fiat ad partes[f] onerando conscientias eorum[g], quibus committentur. Idem voluit observari in confirmationibus unionum factarum.

[a] De - factis *Sevilla 5; Sevilla 7* Petens uniri beneficium beneficio exprimat valores secundum communem extimationem utriusque, alias sit nulla / In unionibus fiat commissio ad personas onerando conscientias eorum / Idem, ut supra, fiat in confirmationibus unionum*; Wien 3248* De incorporatione
[b] quod *fehlt Sevilla 7*
[c] verum valorem *Sevilla 7* uniendorum valores*; Wilhering 78 folgt* nostrum
[d] *VL 4989 folgt* vivendi alias
[e] *Sevilla 5 folgt* de unionibus fiendis et confirmationibus super factis

[f] partes *Sevilla 7* personas
[g] eorum *Sevilla 7* earum

## 23.

DE MENDICANTIBUS TRANSEUNTIBUS AD ALIOS ORDINES[a].

Item de mendicantibus, qui ad[b] alios[c] ordines transierint pro tempore, voluit constitutionem felicis recordationis Martini pape quinti[d] predecessoris sui desuper factam et in libro Cancellarie descriptam[1] firmiter observari.

[1] = *Martin V. ME 53.*

[a] De - ordines *Sevilla 5; Sevilla 7* Constitutio pape Martini V observentur *(!)* circa mendicantes transeuntes ad alios ordines
[b] qui ad *Eichstätt 484* quoad
[c] alios *Wilhering 78* illos
[d] quinti *VL 4988* 5*; VL 4989, Firenze 64, Padova 64* V

## 24.

LIBRA TURONENSIUM PARVORUM ET FLORENUS AURI DE CAMERA SINT EIUSDEM VALORIS[a].

Item declaravit idem dominus noster, quod libra Turonensium parvorum et florenus auri[b] de Camera pro[c] equali valore in concernentibus litteras et Cameram apostolicas computari et extimari debeant.

[a] Libra - valoris *Sevilla 7*
[b] auri *fehlt Sevilla 5*
[c] pro *Sevilla 7* in

## 25.

DE ILLO, QUI RESIGNAVIT BENEFICIUM CONSTITUTUS IN INFIRMITATE[a].

Item voluit[b], quod, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis et postea infra viginti[c] dies de ipsa infirmitate decesserit ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi[d] sit nulla ipsumque beneficium nihilominus per resignationem[e] predictam vacare censeatur[f].

[a] De - infirmitate *Sevilla 5; Sevilla 7* Renuntiato simplex vel ex causa permutationis facta per constitutum in infirmitate et postea infra XX dies de ipsa deceserit et propter renuntiationem ipsam ipsum beneficium collatum fuerit, collatio sit nulla et tamen per resignationem vacare censeatur*; Wien 3248* 20 dies
[b] voluit *fehlt Padova 64*
[c] viginti *Berlin 302, VL 4989, Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131* XX
[d] *VL 4988, VL 4989 folgt* non valeat sive
[e] sic - resignationem *fehlt Würzburg 131*

[f] censeatur *Wilhering 78* conferatur

## 26.

RENUNTIATIO SIMPLEX VEL EX CAUSA PERMUTATIONIS FACTA PER PROMOVENDUM DE BENEFICIIS SUIS ET COLLATIO FACTA DESUPER SI‹N›T NULLA[a].

Item voluit et decrevit[b] quascumque collationes et provisiones pro tempore faciendas de quibusvis ecclesiasticis[c] beneficiis secularibus et regularibus, que per promovendos vel assumendos ad quascumque prelaturas inter illarum vacationum[d] et huiusmodi promotionum vel assumptionum tempora simpliciter aut ex causa permutationis ubicumque resignari vel alias dimitti[e] contigerit, nullius existere firmitatis.

[a] Renuntiatio - nulla *Sevilla 7; Sevilla 5* De beneficiis vacantibus per promotionem
[b] et decrevit *fehlt Firenze 64*
[c] ecclesiasticis *VL 4988* ecclesiis
[d] vacationum *fehlt Wilhering 78*
[e] dimitti *Eichstätt 484* admitti

## 27.

IUDICES A SEDE APOSTOLICA DEPUTATI AD TENORES VEL EFFECTUS SUPPLICATIONUM, SUPER QUIBUS APOSTOLICE LITTERE CONFICIENDE FORENT, CIRCA DECISIONES CAUSARUM SIBI COMMISSARUM NON ATTENDANT, INHERENTES DUMTAXAT FORMIS LITTERARUM, QUI DESUPER CONFECTE FUERUNT, QUE, SI MINUS BENE EXPEDITE FUERINT, PER CANCELLARIAM PERSTRINGERE CONVENIT[a].

Item recensens idem dominus noster, quod plerique[b] litium strepitus dispendiis[c] amplectentes frequenter illas[d] per supplicationum[e], super[f] quibus apostolice littere conficiende forent[g], exhibitiones protrahere non expavescunt, ut dispendiis obvietur et litibus[h] huiusmodi finis[i] quantocius imponatur, voluit, statuit et ordinavit, quod iudices in[j] Romana curia pro[k] tempore[l] deputati, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales, causarum Palatii apostolici auditores vel alii quicumque sint, huiusmodi supplicationum tenores vel effectus circa decisionem causarum eis pro tempore commissarum et etiam actu pendentium non attendant nec super illis partis[m] cuiusvis altercationes vel disceptationes[n] admittant, inherentes quoad[o] huiusmodi supplicationes formis[p] dumtaxat litterarum, que desuper confecte fuerint[q] et que, si minus bene per[r] preoccupationes[s] vel alias expedite reperiantur, illorum, quorum intererit, instantiis ad apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius

officiales, quibus[t] huiusmodi tenores et effectus perstringere[u] convenit, ad formas debitas reducende[v].

---

[a] Iudices - convenit *Sevilla 5; VL 4989* De litteris non expeditis a iudice*; Sevilla 7* Iuxta tenores supplicationum non admittant auditores causarum altercationes, sed, si conciperint litteras apostolicas coram eis exhibitas non fore iuxta illarum supplicationum tenorem expeditas, eas remittent postea ad Cancellariam bene expediendas
[b] plerique *Eichstätt 484* plerumque*; Firenze 64* plerisque
[c] dispendiis *VL 4988*, *VL 4989* dispendium
[d] illas *Würzburg 131* illis
[e] supplicationum *VL 4988, VL 4989* signaturam*; Firenze 64* signatarum*; Berlin 302, Karlsruhe 355, Wien 3248* supplicationes*; Padova 64* signaturam supplicationum
[f] super *Sevilla 7* pro
[g] *Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Karlsruhe 355, Sevilla 7, Wien 3248, Würzburg 131 folgt* supplicationum
[h] litibus *Eichstätt 484, Sevilla 5* litis*; Wilhering 78* citius
[i] finis *fehlt Würzburg 131*
[j] in *Eichstätt 484* et
[k] pro *Wilhering 78* sero
[l] pro tempore *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248*
[m] partis *fehlt Würzburg 131; Sevilla 7* partibus
[n] disceptationes *VL 4988, Karlsruhe 355, Wien 3248* dispensationes*; Wilhering 78* discrepationes
[o] quoad *Sevilla 7* quam ad
[p] supplicationes formis *Sevilla 7* supplicationum formas*;* formas *Eichstätt 484* fortius
[q] fuerint *Sevilla 5* fuerunt
[r] per *Sevilla 5* propter
[s] preoccupationes *Würzburg 131* occupationes
[t] quibus *VL 4988* quatinus
[u] perstringere *VL 4988* prestringere
[v] reducende *fehlt Wilhering 78; Eichstätt 484, Sevilla 5, Würzburg 131* reducendo*; Sevilla 7* educendo

## 28.

De constitutionibus seu regulis habendis in Cancellaria. Adhibetur fides regule sive constitutioni habite de Cancellaria a duobus abbreviatoribus auscultate et manu vicecancellarii seu Cancellariam regentis subscripte[a].

Item attendens idem[b] dominus noster, quod super habendis de[c] Cancellaria apostolica regulis et constitutionibus[d] inibi conscriptis[e] faciliter per illos, qui eis in Romana curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum fore, quod super[f] earundem regularum et constitutionum, quas iuxta occurentium varietatem causarum et negotiorum aliquotiens immutari[g] convenit[h], probando tenore[i] vel effectu[j] testium[k] plerumque tenacem desuper[l] memoriam non habentium depositionibus[m] stari[n] deberet, voluit, statuit et ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum Palatii apostolici[o] et aliis[p], etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales sint, in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate apostolica iudicibus[q] etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi[r] tenore vel effectu probando dumtaxat stet fidemque adhibeat cedule sive scripture desuper a duobus[s] litterarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria[t], ut moris est, aus-

cultate et domini vicecancellarii seu dictam Cancellariam[u] regentis manu subscripte. Quidquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

---

[a] De - subscripte *Sevilla 5; Sevilla 7* Non adhibeatur fides in c[ausis] in curia Romana pendentibus de r[egule] Cancellarie apostolice testium depo[siti]onibus nisi cedule a du[obus] abbreviatoribus, ut moris est, in i[psa] Cancellaria auscultate et manu vicecancellarii vel Cancellariam regentis subscripte
[b] idem *fehlt Padova 64*
[c] de *Firenze 64, Wilhering 78* de
[d] constitutionibus *Würzburg 131* consuetudinibus
[e] conscriptis *Wilhering 78* constitutis
[f] super *Wilhering 78* semper
[g] immutari *Firenze 64* immitari*; Berlin 302, Sevilla 5* mutari
[h] convenit *Sevilla 7* confecit
[i] tenore *Sevilla 7, Wilhering 78* tenorem
[j] effectu *Karlsruhe 355, Sevilla 7, Wilhering 78* effectum*; Wien 3248* affectum
[k] testium *Eichstätt 484, Sevilla 7* testiumque
[l] desuper *fehlt Wilhering 78*
[m] depositionibus *Berlin 302* dispositionibus
[n] stari *Berlin 302, Firenze 64, Sevilla 5* stare
[o] apostolici *fehlt Wilhering 78*
[p] aliis *Firenze 64* alii
[q] sint - iudicibus *fehlt Wilhering 78; Karlsruhe 355 folgt* delegatis*; Wien 3248 folgt* delegatus
[r] huiusmodi *fehlt Sevilla 7*
[s] duobus *Karlsruhe 355, Wien 3248* nobis
[t] Cancellaria *VL 4988* curia
[u] Cancellariam *VL 4988* curiam

## 29.

DE SURROGATIONE IN IURE COLLITIGANTIUM / IMPETRATIONES FACTE DE BENEFICIO LITIGIOSO INFRA MENSEM ANTE CONCESSIONEM SURROGATIONIS FACTE COLLITIGANTI NULLIUS SINT ROBORIS VEL MOMENTI, DUMMODO ISTE NON SIT INTRUSUS NEC SUPER DICTO BENEFICIO CONTRA DICTUM ADVERSARIUM, POSTQUAM ILLUD PER TRIENNIUM PACIFICE POSSEDERIT, LIS MOTA FUERIT[a].

Item prefatus dominus noster litium succidere[b] cupiens anfractus et, ne novi[c] collitigantibus adversarii dentur[d], providere voluit, statuit et ordinavit, quod quotiens deinceps aliquem super quovis ecclesiastico beneficio collitigantem in iure vel ad ius, si quod forsan eius adversario in dicto beneficio competierit, surrogari[e] concesserit, dummodo prefatus colli-tigans in ipso beneficio intrusus non sit nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud[f] per triennium pacifice[g] possederit, lis tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de premisso iure, sive tunc vacet vel cum vacaverit, impetrationes infra mensem ante con-cessionem huiusmodi facte[h] nullius sint roboris vel momenti.

---

[a] De - fuerit *Sevilla 5; Wien 3248* 3 anni possessionis
[b] succidere *VL 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Sevilla 5, Sevilla 7, Wien 3248* succindere
[c] novi *fehlt Eichstätt 484*
[d] dentur *Eichstätt 484* debetur
[e] surrogari *Eichstätt 484* superrogari

[f] non - illud *fehlt Karlsruhe 355, Wien 3248*
[g] pacifice *fehlt Firenze 64*
[h] facte *fehlt Sevilla 5*

## 30.

De verisimili notitia[a]

Item voluit et ordinavit[b], quod omnes gratie, quas[c] de quibusvis ecclesiasticis beneficiis cum cura vel sine cura secularibus ac regularibus per obitum quarumcumque personarum vacantibus in antea fecerit[d], nullius sint roboris vel momenti, nisi post obitum[e] et ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit[f], quod interim vacationes ipse de[g] locis, in quibus dicte persone decesserint, ad eiusdem domini nostri[h] notitiam verisimiliter potuerint pervenisse.

[a] De - notitia *VL 4989; Sevilla 5* Nisi tantum tempus effluxerit etc.*; Sevilla 7* Gratie super provisione beneficiorum vacantium extra curiam per papam alicui ‹facte›, nisi effluxerit tantum tempus, quod de locis, in quibus vaca‹ve›runt dicta beneficia, notitiam habuerit, sint nullius valoris
[b] et ordinavit *fehlt Firenze 64*
[c] quas *fehlt Sevilla 5*
[d] fecerit *Firenze 64* fecerint
[e] obitum *Sevilla 7* modum
[f] effluxerit *Padova 64* affluxerit
[g] de *Wilhering 78* de
[h] *Berlin 302 folgt* pape

## 31.

Non valet commissio litteris non confectis[a].

Item, quod omnes et singule causarum commissiones, quas in antea fieri[b] contigerit obtentu vel occasione concessionum[c] dumtaxat apostolicarum de beneficiis ecclesiasticis gratiarum, super quibus apostolice littere confecte non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.

[a] Non - confectis *Sevilla 5; VL 4989* Litteris non expeditis commissiones non valeant*; Sevilla 7* Commissiones causarum super beneficiis collatis in curia, super quorum collationibus ante ipsas commissiones littere apostolice expedite non fuerint, sint nullius valoris
[b] fieri *fehlt Eichstätt 484, Wilhering 78*
[c] concessionum *Wilhering 78* commissionem

## 32.

De beneficiis impetrandis familiarium cardinalium[a].

Item voluit[b], quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius domini cardinalis teneatur exprimere nomen et titulum ipsius cardinalis[c] et, si ille in curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla.

---

[a] De - cardinalium *Sevilla 5; Sevilla 7* Impetrans beneficium familiaris cardinalis per obitum et idem cardinalis sit in curia ac(c)edat ad id ipsius cardinalis assensus, alias sit gratia nulla
[b] voluit *fehlt Padova 64*
[c] teneatur - cardinalis *fehlt Sevilla 7*

## De expediendis litteris[a]

---

[a] De - litteris *Berlin 302, Vl 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78, Würzburg 131 fehlt VL 4988, VL 4989, Firenze 64*

### 33.

LITTERE NON EXPEDIANTUR, UBI REVOCABILIS AD NUTUM PETIT, NE POSSIT AMOVERI A BENEFICIO, NISI AD PARTEM SPECIALIS SIGNATURA HABETUR[a].

In[b] primis[c] idem dominus noster voluit, quod, si petatur, ne quis a beneficio amoveri possit[d], a[e] quo alias[f] ad nutum revocabilis esset, littere quoad[g] hoc nullatenus expediantur, nisi desuper ad partem vel alias signatura specialis habeatur.

---

[a] Littere - habetur *Sevilla 7; Sevilla 5* Quando aliquis petit litteram, ne amoveatur a beneficio quod possidet
[b] In *Eichstätt 484, Sevilla 5* Item in
[c] In primis *VL 4988* Item
[d] a - possit *Sevilla 5* amoveri de beneficio quod possidet
[e] a *Wilhering 78* et
[f] alias *fehlt Sevilla 7*
[g] quoad *Sevilla 7* etiam ad

### 34.

IN COMMISSIONE, RECEPTIONE, PROVISIONE PONATUR CLAUSULA „ATTENTE, QUOQUE PROVIDEAS“ / IN RESIGNATIONE CAUSA PERMUTATIONIS EXPEDIANTUR LITTERE CUM CLAUSULA, „QUOD NEUTRI IUS ACQUIRATUR, NISI IUS HABUERIT“[a].

Item, si committatur alicui[b] beneficii resignationis receptio[c], ponatur clausula „Attente, quoque provideas“ etc. et, si ex causa permutationis resignationes[d] fiant, ponatur clausula „Quod neutri[e] permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum[f] ius habuerit in beneficio per ipsum taliter resignato“.

---

[a] In - habuerit *Sevilla 7; Sevilla 5* De clausulis ponendis in resignationibus
[b] alicui *Sevilla 7* alicuius
[c] resignationis receptio *Wilhering 78* resignationem receptionem

[d] resignationes *Eichstätt 484* resignationis
[e] *Wilhering 78 folgt* permutationem
[f] ipsorum *VL 4988* ipso

## 35.

DEFECTUS NON SUPPLETUR IN GENERE[a].

Item voluit, quod[b], si petantur[c] suppleri defectus in genere, nullatenus littera[d] desuper concedatur[e], nisi in petitione desuper[f] huiusmodi defectus exprimantur vel per „Fiat, ut petitur" supplicatio signata fuerit[g].

[a] Defectus - genere *Sevilla 5; Berlin 302* Defectus suppletio*; Sevilla 7* Si petatur suppleri defectus in g[ene]re, non concedatur [littera] desuper, nisi in supplicatione defectus exprimatur vel per „Fiat, ut petitur" supplicatio signata fuerit
[b] quod *fehlt Wilhering 78*
[c] petantur *Firenze 64, Sevilla 5* petatur
[d] littera *Sevilla 5* clausula
[e] concedatur *VL 4988, VL 4989* expediatur
[f] desuper *Karlsruhe 355* super
[g] *VL 4989 folgt* et sic finis istius regule

## 36.

NON EXPEDIUNTUR LITTERE SUPER BENEFICIIS DE IURE PATRONATUS LAICORUM[a].

Item voluit, quod super quovis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur littere, nisi ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempore vacavit, quod eius collatio est[b] ad sedem apostolicam legitime devoluta vel ad id patronorum accedat assensus.

[a] Non - laicorum *Sevilla 5; Sevilla 7* Littere super beneficiis patronalibus laicorum non expediantur sine clausula aut tanto tempore vacaverunt etc. vel quod patronorum accedat assensus
[b] est *fehlt Eichstätt 484*

## 37.

SUPER RESIGNATIONIBUS FACTIS IN CANCELLARIA NON EXPEDIANTUR LITTERE, NISI RESIGNANS IN CURIA PRESENS EXPRESSE CONSENSERIT ET IURAVERIT, UT MORIS EST[a].

Item voluit et ordinavit[b], quod super resignatione cuiuscumque beneficii ecclesiastici seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis vel in Cancellaria apostolica fieri contigerit, apostolice littere nullatenus expediantur, nisi resignans vel cedens, si presens fuerit in Romana curia, personaliter, alioquin[c] per procuratorem suum ad hoc ab eo[d] specialiter constitutum[e] expeditioni huiusmodi[f] in eadem Cancellaria expresse consenserit et iuraverit,

ut est moris, nec littere reservationis[g] vel assignationis[h] etiam motu proprio cuiusvis pensionis annue super alicuius beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui dictam pensionem persolvere[i] tunc habebit.

---

[a] Super - est *Sevilla 7; Sevilla 5* Littere super resignationibus alicuius beneficii expediri non possunt, nisi resignans expeditioni litterarum consensit / Idem in pensione
[b] et ordinavit *fehlt Sevilla 7*
[c] alioquin *Sevilla 7* aut
[d] ab eo *fehlt Eichstätt 484*
[e] constitutum *Karlsruhe 355, Wien 3248* deputatum
[f] huiusmodi *fehlt Wilhering 78*
[g] littere reservationis *Sevilla 7* reservationes
[h] assignationis *Sevilla 7* signaturas
[i] persolvere *Berlin 302* persolverit*; Eichstätt 484* personaliter

## 38.

DE BENEFICIIS VACANTIBUS PER INGRESSUM RELIGIONIS[a].

Item, quod non dentur littere super beneficiis vacaturis per ingressum religionis, nisi ille[b] precesserit datam desuper[c] petitionis[d].

---

[a] De - religionis *Sevilla 5; Sevilla 7* Non dentur littere per ingressus, si petitus non fuerit
[b] *Sevilla 5 folgt* ingressus
[c] *Sevilla 5 folgt* provisionis vel
[d] petitionis *Karlsruhe 355, Wien 3248, Wilhering 78* pensionis

## 39.

SI IMPETRATUR ALIQUOD BENEFICIUM ‹PER› MODUM EXPRIMENDUM [IN] CANCELLARIA VACANS, NON VA[LEAT] IMPETRATIO, NISI *(!)* LITTERE EXPEDIA[NTUR][a].

Item voluit, quod, si[b] petatur aliquod beneficium vacans per modum[c] in Cancellaria apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat nec[d] littere desuper expediantur.

---

[a] Si - expediantur *Sevilla 7*
[b] si *fehlt Wilhering 78*
[c] *Padova 64 folgt* est
[d] nec *Sevilla 7* nisi

## 40.

IN LITTERIS SUPER UNIONIBUS PO[NATUR] CLAUSULA, QUOD IPSE UNIONES PER G[RATIAS] EXPECTATIVAS IMPEDIRI N[ON] POSSINT[a].

Item voluit, quod[b] in litteris super unionibus ponatur clausula[c], quod ille per gratias expectativas impediri non possint vel quod ad[d] eas dicte gratie se non extendant.

[a] In - possint *Sevilla 7; Berlin 302* Non in original[...]*; Sevilla 5* Quod gratie expectative non se extendunt ad uniones
[b] voluit quod *fehlt Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Firenze 64, Karlsruhe 355, Sevilla 5, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78*
[c] *Karlsruhe 355, Wien 3248 folgt* talis
[d] quod ad *Sevilla 5, Sevilla 7* quoad

## 41.

QUANDO FIT COM[M]ISSIO SUPER ALIQ[UIBUS] EXEQUENDIS ALICUI SUB NOMINE PROPRIO VEL DIGNI[TATE] CUIUSVIS, LITTERE EXPEDI[ANTUR], QUOD ID EXEQUATUR PER SE I[PSUM][a].

Item voluit, statuit et ordinavit, quod quotienscumque per signaturam suam vel[b] eius mandato factam super exequendis aliquibus[c] cum adiectione proprii nominis vel dignitatis cuiusvis iudex datur[d], littere desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem huiusmodi[e] faciat per se ipsum.

[a] Quando - ipsum *Sevilla 7*
[b] *Berlin 302, Sevilla 7, Würzburg 131 folgt* de
[c] exequendis aliquibus *Karlsruhe 355, Wien 3248* expediendis
[d] datur *Sevilla 7* detur et
[e] huiusmodi *fehlt Sevilla 7*

## De dispensationibus et indultis[a]

[a] De - indultis *Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Karlsruhe 355, Sevilla 5, Sevilla 7, Wien 3248, Würzburg 131; Firenze 64, Padova 64, Wilhering 78* De dispensationibus

## 42.

IN LITTERIS DISPENSATIONUM SUPER GRADIBUS PONATUR CLAUSULA „SI E[NIM] MULIER RAPTA NON FUERIT“[a].

Item[b] voluit, quod in dispensationum litteris super[c] aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis aut alias[d] prohibito ponatur clausula „Si[e] mulier rapta[f] non fuerit“.

[a] In - fuerit *Sevilla 7; Sevilla 5* Super dispensatione in gradu consanguinitatis
[b] Item *Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484* In primis
[c] super *fehlt Berlin 302*
[d] aut alias *fehlt Sevilla 5*
[e] Si *Berlin 302, VL 4988, VL 4989* dummodo propterea*; Eichstätt 484, Sevilla 5* Dummodo
[f] rapta *Eichstätt 484* capta*; Wilhering 78* nupta

## 43.

DE DISPENSATIONE SUPER DEFECTU NATALIUM CIRCA SUCCESSIONEM[a].

Item voluit, quod[b] in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis[c] temporalibus, ponatur clausula „Quod[d] non preiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere deberet“.

[a] De - successionem *Sevilla 5; Sevilla 7* In litteris dispensationum super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporaribus, ponatur clausula, quod non preiudicetur illis, ad quos successio pertinere debeat ab intestato
[b] quod *fehlt Berlin 302*
[c] bonis *Wilhering 78* litteris
[d] Quod *Würzburg 131* Que

## 44.

[a] Item - plures *Würzburg 61; Sevilla 5* Non obstantibus decretis maiorum gratiarum habentes gratias de minoribus datis possint acceptare beneficia sub ipsis cadentia
[b] etc. *fehlt Eichstätt 484, Wilhering 78*
[c] habentes *Würzburg 131* habentibus
[d] sub *Sevilla 7* super
[e] illis *Würzburg 131* illa*; Berlin 302 folgt* confectarum illa
[f] ipsorum *fehlt Würzburg 131*
[g] predictis *Wilhering 78* predicte
[h] *Eichstätt 484, Padova 64, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78 folgt* et
[i] *VL 4988, VL 4989 folgt* servato
[j] sortiantur *Wilhering 78* sentiantur
[k] contrariis *VL 4988* gratiis

## 94.

ITEM, QUOD ORDINARII QUATTUOR MENSES PER ANNUM HABEANT PRESENTARE[a].

Item, ut prelati et alie persone ecclesiastice, ad quas dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio[b], electio seu quevis alia dispositio pertinet, ab eodem domino nostro[c] gratias et favores reportasse dinoscantur, ipse dominus noster prelatis et personis predictis de quibusvis[d] dignitatibus, personatibus, administrationibus[e], officiis, canonicatibus et prebendis[f] nec non aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus ac regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem[g] seu quamvis aliam[h] dispositionem pertinentibus[i], que infra quinquennium a data[j] diei[k] XVIII[l] kalendas[m] iulii pontificatus sui anno primo[1] computandum[n] in[o] martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolice[p] generaliter[q] reservata[r] non fuerint, perinde, ac si alique[s] a sede apostolica vel eius[t] legatis[u] expectative gratie[v] aut super illis reservationes[w] non emanarent, libere disponendi concessit facultatem ac decrevit irritum et inane[x] etc.

---

[1] *1447 Juni 14.*

Lecte et publicate[y] fuerunt suprascripte regule per me C‹arolus› de Stroziis[2] lectorem[z] in Audientia contradictarum, die octava[aa] mensis[bb] iulii MCCCC quadragesimo septimo[cc], indictione decima[dd3].

---

[2] *Carolus de Strozzis.*
[3] *1447 Juli 8*.

---

[a] Item - presentare *Würzburg 61; Berlin 302* Nota menses ordinariorum*; Padova 64* De potestate collatorum*; Sevilla 5* De quattuor mensibus concessis ordinariis*; Sevilla 7* Regula mensium apostolicarum ordinariorum
[b] presentatio *fehlt Eichstätt 484*
[c] nostro *fehlt VL 4988*
[d] quibusvis *Wilhering 78* quibus
[e] administrationibus *fehlt Wilhering 78*
[f] et prebendis *fehlt Wilhering 78*
[g] provisionem - electionem *fehlt Berlin 302;* electionem *fehlt Sevilla 5*
[h] *Sevilla 7 folgt* electionem seu
[i] pertinentibus *Eichstätt 484, Wilhering 78* pertinentia
[j] data *Wilhering 78* dato
[k] diei *fehlt VL 4988, VL 4989*
[l] XVIII *VL 4988* 18*; Firenze 64, Würzburg 131* decimo octavo*; Sevilla 5* decimo VIII
[m] kalendas *fehlt Eichstätt 484, Wien 3248, Wilhering 78*
[n] computandum *Eichstätt 484, Sevilla 7, Würzburg 131* computando
[o] computandum in *fehlt Wilhering 78*
[p] *Sevilla 5 folgt* specialiter vel
[q] generaliter *fehlt Wilhering 78*
[r] reservata *Wien 3248* reservatis
[s] alique *Wilhering 78* alicui
[t] eius *Würzburg 131* aliis
[u] legatis *Padova 64, Sevilla 7* legatorum
[v] *Sevilla 7 folgt* ut
[w] reservationes *Sevilla 7* reservationibus
[x] irritum et inane *fehlt Firenze 64; Sevilla 7 folgt* si secus
[y] et publicate *fehlt Berlin 302, Firenze 64, Padova 64*
[z] per - lectorem *Berlin 302* Cancellarie
[aa] octava *Berlin 302, Firenze 64* VIII
[bb] mensis *fehlt Berlin 302, Sevilla 5*
[cc] quadragesimo septimo *Berlin 302, Sevilla 5* XLVII*; Padova 64* LVII
[dd] Lecte - decima *fehlt VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Sevilla 7, Wien 3248, Wilhering 78, Würzburg 131;* decima *Padova 64* prima*; Sevilla 5* prima alias X

## 95.

DE EXPEDIENDIS LITTERIS INFRA ANNUM VEL INFRA SEX MENSES[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus papa quintus[b] intendens[c], prout eius incumbit officio tam circa beneficia ecclesiastica, de quibus per eum pro tempore gratiose dispositum fuerit, ne sine canonico titulo per quosvis[d] occupentur, quam etiam circa illos, quibus huiusmodi gratie facte sunt, nec[e] in eorum nec non aliorum dispendium super ipsis gratiis apostolicas litteras expediri facere nimium protrahant, opportu-

ne providere, die sabati quarto[f] kalendas augusti pontificatus sui anno primo[1], voluit, statuit et ordinavit, quod a tempore publicationis statuti et ordinationis eorundem singuli super gratiis eis[g] hactenus concessis a presentium et concedendis[h] ab illarum data[i] de generaliter reservatis infra sex menses et aliis vacantibus vel certo modo vacaturis beneficiis infra annum litteras apostolicas totaliter expediri facere nec non earum[j] executoribus presentare debeant, alioquin ipsis facte gratie huiusmodi et quecumque inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

---

[1] *1447 Juli 29.*

---

[a] De - menses *Sevilla 5 und darunter* Vide etiam regulam infra folio *(= Nr. 96/97)*
[b] in - quintus *Firenze 64* etc.*;* quintus *VL 4988* 5*; Padova 64* V
[c] intendens *fehlt Padova 64*
[d] per quosvis *Padova 64* quandovis *(!)*
[e] nec *VL 4989, Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131* ne
[f] quarto *VL 4988* 4*; VL 4989, Padova 64* IIII
[g] eis *Padova 64* eius
[h] concedendis *Firenze 64* concedendarum
[i] data *Würzburg 131* datur
[j] earum *fehlt Firenze 64*

## 96.

QUANDO QUIS IMPETRAT BENEFICIUM AB ALIO PER ANNUM PACIFICE POSSESSUM, QUID TENETUR EXPRIMERE[a].

Item, ut improbi lites exquirentium[b] motus reprimantur, ipse dominus noster voluit, statuit et ordinavit, quod quicumque beneficium ecclesiasticum tunc et per annum immediate precedentem[c] ab[d] alio pacifice possessum[e] et, quod certo modo vacare pretendit, deinceps impetraverit[f], nomen, gradum ac nobilitatem[g] possessoris eiusdem et quot annis illud[h] ipse possedit ac specificam[i] et determinatam, ex qua clare[j] constare poterit, quod nullum[k] ipsi possessori[l] in dicto beneficio ius competat, causam in[m] impetratione huiusmodi exprimere[n] et ex tunc infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium evocari facere causamque desuper infra convenientia[o], prout illius iudex habeat, arbitrari tempora prosequi debeat et teneatur, alioquin impetratio predicta et quecumque inde secuta nullius existant firmitatis, ac idem impetrans de damnis et interesse possessorem predictum propterea contingentibus ei satisfacere et, si possessorem ipsum iniuste, frivole ac indebite[p] molestasse repertus extiterit, quinquaginta[q] florenos auri persolvere Camere apostolice sit astrictus nec alius[r] quam premisse[s] vacationis modus etiam[t] per litteras „Si neutri“ aut surrogationis[u] vel alias sibi quoad hoc, ut huiusmodi beneficium ea vice consequi vel obtinere

valeat, quomodolibet suffragetur illudque[v] in antea nullatenus litigiosum propterea censeatur.

[a] Quando - exprimere *Sevilla 5; Würzburg 131* Pro possessoribus beneficiorum
[b] exquirentium *Sevilla 5, Sevilla 7* exquirentes
[c] precedentem *Sevilla 7* precedens
[d] ab *fehlt Padova 64*
[e] possessum *Sevilla 7* possessionem
[f] impetraverit *Sevilla 7* impetran(s)
[g] nobilitatem *Sevilla 7* voluntatem
[h] illud *fehlt Sevilla 7*
[i] specificam *Sevilla 7* pacificam
[j] clare *fehlt Sevilla 7*
[k] nullum *Würzburg 131* nulli
[l] possessori *Sevilla 7* possessorum
[m] causam in *fehlt Sevilla 7*
[n] exprimere *fehlt Sevilla 7*
[o] convenientia *Sevilla 7* dicentia
[p] frivole - indebite *fehlt Sevilla 7*
[q] quinquaginta *VL 4988* 50*; VL 4989, Firenze 64* L
[r] alius *Sevilla 7* alias
[s] premisse *Sevilla 5* premissus
[t] etiam *Sevilla 5* etiamsi
[u] surrogationis *Sevilla 7* si negationis *(!)*
[v] illudque *Sevilla 5* illud quoque

**97.**

Item voluit idem dominus noster, quod, si super quocumque beneficio ecclesiastico[a] causam committi faciens infra annum a die, qua iudici desuper commissio huiusmodi[b] presentata fuerit, singula, quibus uti[c] dicta die potuisset, iura non produxerit[d] nec omnes inde substantiales terminos observari fecerit, beneficium ipsum deinceps propterea litigiosum minime[e] reputetur.

Placet, T‹homas›[f1].

Publicate fuerunt suprascripte regule[g] in Cancellaria apostolica die XXX mensis[h] augusti anno primo domini Nicolai pape[i2].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *1447 August 30*.

[a] ecclesiastico *fehlt VL 4988, VL 4989, Firenze 64, Sevilla 7, Würzburg 131(a+b)*
[b] huiusmodi *fehlt Würzburg 131(a)A*
[c] uti *Sevilla 7* ut
[d] produxerit nec *Würzburg 131(a)* produxisset nec non
[e] *VL 4988, VL 4989 folgt* censeatur vel
[f] Placet Thomas *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131(a+b)*
[g] fuerunt - regule *fehlt Firenze 64*
[h] mensis *fehlt Firenze 64*
[i] Publicate - pape *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131(a+b);* domini - pape *fehlt Firenze 64*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 98.

HABENS EXPECTATIVAM AD DIGNITATEM, PERSONATUM, ADMINISTRATIONEM VEL OFFICIUM SEU AD PREBENDAM NON POSSIT HABERE BENEFICIUM SERVITORIUM[a].

Sanctissimus dominus noster dominus[b] Nicolaus papa quintus[c] cupiens ecclesiis[d] et ecclesiasticis presertim pauperibus[e] personis providere, voluit, statuit et ordinavit, videlicet IIII[f] nonas septembris pontificatus sui anno primo[g1], quod nullus deinceps, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis sit, vigore cuiuscumque gratie expectative per prefatum dominum nostrum[h] ad prebendam seu dignitatem, personatum, administrationem vel officium nec non[i] prestimonia, prestimoniales portiones et simplicia beneficia sub quacumque verborum forma, etiamsi ad servitoria beneficia[2] extendi videretur, hactenus concesse vel in posterum concedende sive litterarum, que[j] super illa vel eius extensione[k] confecte fuerint, aliquod servitorium beneficium acceptare vel de eo sibi provideri facere possit sive debeat, decernens[l] idem dominus noster irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter[m] contigerit attemptari. F‹ranciscus› Portuensis[n3].

---

[1] *1447 September 2.*
[2] Beneficium servitorium = *Kaplanei, vgl* DU CANGE*, Glossarium 1, Paris 1883 S. 632.*
[3] *Franciscus Condulmer*.

---

[a] Habens - servitorium *Sevilla 5*
[b] dominus *fehlt Padova 64*
[c] dominus - quintus *Firenze 64* etc.*;* quintus *VL 4988* 5*; Padova 64* V
[d] ecclesiis *VL 4988* et clericis
[e] presertim pauperibus *fehlt Sevilla 7*
[f] IIII *VL 4988* 4*; Sevilla 7* quarto
[g] primo *Firenze 64* I
[h] *Padova 64 folgt* papam
[i] nec non *fehlt VL 4988*
[j] que *fehlt Sevilla 5*
[k] super - extensione *Sevilla 7* ad illa vel ad eius extensionem
[l] decernens *Sevilla 5* decernentes
[m] scienter vel ignoranter *fehlt Sevilla 5*
[n] Franciscus Portuensis *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*

## 99.

VIGORE GRATIE EXPECTATIVE NON POSTEST QUIS ACCEPTARE BENEFICIUM GENERALITER RESERVATUM, ETIAMSI SUB EA COMPREHENDI VIDEATUR[a].

Item, eadem die[1], statuit et ordinavit, quod nullus in antea vigore cuiusvis expectative gratie quodcumque beneficium ecclesiasticum dispositioni apostolice generaliter reservatum, etiamsi alias sub[b] gratia huiusmodi comprehendi videretur[c], acceptare vel de illo sibi provideri facere possit sive debeat, decernens idem dominus noster[d] irritum et inane, quidquid secus super hiis[e] contigerit attemptari[f]. F‹ranciscus› Portuensis[g2].

Lecte et publicate fuerunt prescripte regule in Cancellaria apostolica die V mensis septembris[h] anno primo[i3].

1 *(1447 September 2).*
2 *Franciscus Condulmer*.
3 *1447 September 5*.

a Vigore - videatur *Sevilla 5; Würzburg 131* Quod nullus vigore gratie expectative acceptat beneficium sedi apostolice generaliter reservatum
b sub *Sevilla 7* super
c videretur *fehlt Sevilla 7*
d noster *fehlt Sevilla 7*
e super hiis *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7*
f et inane - attemptari *Firenze 64* etc.
g Franciscus Portuensis *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7*
h septembris *Padova 64 Lücke*
i Lecte - primo *fehlt VL 4988, VL 4989, Firenze 64, Sevilla 7;* anno primo *fehlt Sevilla 5*

## 100.

DE SALARIO ABBREVIATORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus papa quintus[b] universorum litteras apostolicas expediri procurantium indemnitatibus consulere[c] disponens, die vicesima[d] mensis decembris[e] pontificatus sui anno primo[f1], voluit, statuit et ordinavit, quod sub excommunicationis pena nullus abbreviatorum litterarum earundem ratione cuiusvis distributionis sibi facte pro minuta de uno ultra duodecim[g] et de duobus vel pluribus beneficiis vacantibus seu certo modo[h] vel alias iuxta formas expectativarum gratiarum vacaturis[i] ultra quattuordecim[j] ac de dignitate maiori vel principali nec non simplicibus surrogationibus et „Si neutri“ similiter ultra XIIII[k] et, etiamsi[l] surrogationes ac „Si neutri“ huiusmodi longas narrationes habeant, ultra XX[m] et pro dispensationibus vel indultis quoad effectum gratiarum dumtaxat ultra duos grossos papales quomodolibet recipiat et, si secus egerit, ex tunc infra triduum personis singulis[n], a quibus plus receperit, si illas interim commode reperire[o] poterit, restituere, alioquin Christi pauperibus elargiri duplum inde teneatur, etiam

1 *1447 Dezember 20.*

alias, quemadmodum[p] eius excessus desuper exegerint, prout[q] ipsi[r] domino nostro visum fuerit, propterea puniendus.

Placet et ponatur in quaterno Cancellarie et publicetur[s].

---

[a] De - abbreviatorum *Sevilla 5 und darüber* Regula anni I
[b] in - quintus *Firenze 64* etc.*;* quintus *VL 4988* 5*; Sevilla 5* V
[c] consulere *Sevilla 7* consuletur
[d] vicesima *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5* XX
[e] vicesima - decembris *Sevilla 7, Würzburg 131* penultima - novembris
[f] primo *Sevilla 5* I
[g] duodecim *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7* XII
[h] *Sevilla 5 (durchgestrichen, Sevilla 7 folgt* vacaturis
[i] vacaturis *VL 4988, VL 4989* vacaturarum
[j] quattuordecim *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7* XIIII
[k] XIIII *VL 4988, VL 4989* quattuordecim
[l] etiamsi *Sevilla 7* et per
[m] XX *VL 4988, VL 4989* viginti
[n] singulis *Sevilla 7* singulaliter
[o] reperire *fehlt Sevilla 7; Sevilla 5* recipere
[p] quemadmodum *Firenze 64, Sevilla 5* prout
[q] prout *Sevilla 5* quemadmodum
[r] ipsi *fehlt Padova 64, Sevilla 7*
[s] Placet - publicetur *fehlt VL 4988, Sevilla 5, Sevilla 7, Würzburg 131*

## 101.

DE GRATIIS IN FORMA PAUPERUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster[b] dominus[c] Nicolaus divina providentia[d] papa quintus[e] pauperibus clericis providere cupiens voluit, statuit, decrevit[f] et ordinavit, videlicet[g] die secunda[h] mensis decembris pontificatus sui anno primo[1], quod omnes et singuli, qui suas[i] in forma[j], secundum[k] quam pro[l] pauperibus clericis beneficiandis scribi[m] consuevit, de beneficiis ecclesiasticis[n] vacantibus vel vacaturis litteras obtinuerint, in ipsorum assecutione beneficiorum[o], que sine cura et non canonicatus et prebenda vel personatus fuerint, singulis aliis ibidem ecclesiastica beneficia[p] sub quacumque etiam maiori data per apostolicas litteras expectantibus et tunc beneficia, quorum fructus etc. ultra X[q] florenos auri de Camera secundum communem extimationem valeant annuatim[r], obtinentibus omnino preferantur.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, T‹homas›[2]. F‹ranciscus› Portuensis[s3].

---

[1] *1447 Dezember 2.*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.

---

[a] De - pauperum *Sevilla 5 und zu* decem *mit Verweiszeichen am Rand* Hodie est alia summa maior ut in regula „Item in favorem“ folio XXVIII *(=* Nr. 151*); Berlin 302* Regula in communi forma pauperum

[b] et - noster *fehlt Sevilla 7*
[c] noster dominus *fehlt Padova 64*
[d] divina providentia *fehlt VL 4988, VL 4989, Eichstätt 484, Padova 64, Sevilla 4, Sevilla 7, Würzburg 131*
[e] in - quintus *Firenze 64* etc.; quintus *VL 4988* 5*; VL 4989, Padova 64* V
[f] decrevit *fehlt Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[g] videlicet *Sevilla 7* sed
[h] secunda *VL 4988* 2*; VL 4989, Padova 64* II
[i] qui suas *fehlt Sevilla 7*
[j] *Eichstätt 484 folgt* pauperum
[k] secundum *fehlt Sevilla 5; VL 4988* 2
[l] pro *fehlt Sevilla 5, Sevilla 7*
[m] scribi *Berlin 302* scribi dari*; Sevilla 5* ascribi*; Sevilla 7* sibi dari
[n] ecclesiasticis *fehlt Firenze 64*
[o] beneficiorum *fehlt Berlin 302*
[p] beneficia *fehlt Padova 64*
[q] X *VL 4988, Sevilla 5, Würzburg 131* decem
[r] annuatim *fehlt Berlin 302*
[s] Placet - Portuensis *fehlt Berlin 302, VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131;* et - Portuensis *Sevilla 5* domino nostro etc.

## 102.

DE LITTERIS IN FORMA PAUPERUM[a].

Placet sanctissimo domino nostro domino Nicolao pape V[b], quod in litteris communis forme pro pauperibus clericis beneficiandis etiam ad collationem vel provisionem decani et capituli cuiusvis ecclesie ponantur verba „Communiter vel divisim“ et loco clausule „Quod[c], si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur[d]“ in talibus poni solite deinceps clausula ponatur „Duo[e] vel alter vestrum ea nihilominus exequantur“ quodque pro singulis ex clericis[f] predictis, qui per annum proxime preteritum in Romana curia steterint, in ea super huiusmodi litteris processus decerni possint, etiam adiecto in ipsis litteris[g] beneficia, que prefati clerici per se vel procuratores suos acceptaverint?

Placet de omnibus[h], T‹homas›[1]. F‹ranciscus› Portuensis[i2].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *Franciscus Condulmer*.

[a] De - pauperum *Sevilla 5*
[b] V *VL 4988* 5*; Padova 64, Würzburg 131* quinto
[c] Quod *fehlt VL 4988*
[d] hiis - exequantur *Firenze 64* etc.
[e] vestrum - Duo *fehlt Sevilla 5*
[f] clericis *Sevilla 5* causis
[g] ipsis litteris *Sevilla 5* eisdem
[h] de omnibus *fehlt Würzburg 131*
[i] Placet - Portuensis *fehlt VL 4988, VL 4989, Sevilla 5;* Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64;* Franciscus Portuensis *fehlt Würzburg 131*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 103.

DE LITTERIS IN FORMA PAUPERUM[a].

Placet sanctissimo domino nostro domino[b] Nicolao pape V[c], quod littere in communi forma pauperum pro clericis alicuius civitatis vel diocesis partium Alamanie possint expediri ad collationem etc. in alia diocesi et alterius provincie, dummodo dioceses ipse contigue[d] sint?

Placet, T‹homas›[e].

---

[a] De - pauperum *Sevilla 5*
[b] domino *fehlt Sevilla 5*
[c] V *VL 4988* 5*; VL 4989, Würzburg 131* quinto
[d] *Sevilla 5 folgt* non
[e] Placet Thomas *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64;* Thomas *fehlt Firenze 64*

## 104.

REDUXIT TAXAM DECIME AD TAXAM COMMUNEM.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus papa V[a] de prestimoniis, prestimonialibus portionibus et simplicibus beneficiis convenienter personis idoneis providere disponens voluit, statuit et ordinavit, videlicet die ultima mensis februarii pontificatus sui anno primo[1], quod per expectativarum litteras[b] gratiarum[c] nullus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerit, valorem fructuum etc. prestimoniorum, prestimonialium[d] portionum et beneficiorum huiusmodi secundum taxationem decime, sed dumtaxat secundum communem extimationem habeat et consequatur ac secundum hoc litteras ipsas[e], si que cum expressione valoris fructuum etc. secundum taxationem decime huiusmodi concesse vel expedite forent, omnino reduxit, etiam mandans tales sic[f] deinceps nullatenus expediri.

Placet et ponatur in libro. F‹ranciscus› Portuensis[g2].

---

[1] *1448 Februar 29.*
[2] *Francischus Condulmer*.

---

[a] in - V *Firenze 64* etc.*;* V *VL 4988* 5*; VL 4989* quintus
[b] litteras *VL 4988* litterarum
[c] litteras gratiarum *Sevilla 5* gratia litterarum
[d] prestimonialium *fehlt Padova 64, Sevilla 5*
[e] ipsas *Padova 64, Sevilla 5* apostolicas
[f] sic *fehlt VL 4989, Firenze 64, Würzburg 131*
[g] Placet - Portuensis *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64*

## Regule de anno II[a]

[a] Regule - II *Sevilla 5*

### 105.

QUOD VERBA „PROPRII MOTUS“ SOLUM TOLLUNT SUBREPTIONEM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[b] papa quintus[c] diversis suadentibus causis voluit, statuit et ordinavit, videlicet die XXVII[d] mensis martii pontificatus sui anno secundo[1], quod verba „proprii motus“ in expectativis gratiis per ipsum concessis et de cetero concedendis quoad beneficia in antea vacatura nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerit, quomodolibet[e] suffragentur, nisi dumtaxat ad tollendam vel excludendam subreptionem ipsarum litterarum[f].

Placet. F‹ranciscus› Portuensis[g2].

[1] *1448 März 27.*
[2] *Franciscus Condulmer*.

[a] Quod - subreptionem *Sevilla 5; Würzburg 131* De motu proprio
[b] divina providentia *fehlt Padova 64*
[c] in - quintus *Firenze 64* etc.*;* dominus Nicolaus - quintus *Sevilla 5* prefatus*;* quintus *VL 4988* 5*; Würzburg 131* V
[d] XXVII *VL 4988* 27*; Firenze 64* XVII
[e] fuerit quomodolibet *Firenze 64* existet
[f] ipsarum litterarum *fehlt VL 4988, VL 4989, Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131*
[g] Placet - Portuensis *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*

### 106.

DE SIGNATURA PER „FIAT“ IN PROROGATIONBUS.

Placet[a] sanctissimo domino nostro, quod in prorogationibus de litteris expediendis per „Fiat, T“ veniant duo menses?

Placet, quod ponatur in libro[b].

[a] Placet *Sevilla 5* Item placet
[b] Placet - libro *fehlt Padova 64*

### 107.

INHABILITATIO AD BENEFICIA CONTRA ILLOS, QUI RATIONE SENII OBTINUERUNT PENSIONES SUPER BENEFICIIS PER EOS RESIGNATIS[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Detestabiles aliquorum super sortiendis annuis commune[c] beneficiorum ecclesiasticorum pensionibus motus, quantum in[d] nobis fuerit, reprimere satagentes presentis edicto constitutionis auctoritate apostolica statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli, quibus occasione senii vel impotentie corporalis propter suorum ecclesiasticorum, que curata seu dignitates sint[e], resignationes beneficiorum pensiones annue nunc vel in[f] antea constitute aut reservate fuerint, ad obtinenda similia, in quibus tempore resignationis huiusmodi ius non[g] habuerint, beneficia prorsus inhabiles existant atque censeantur et, si talia postmodum recipere ac per mensem retinere presumpserint, etiam ipsis concesse pensiones huiusmodi cessent omnino pariter et expirent. Nulli ergo etc. nostrorum statuti et ordinationis infringere[h] etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[i] millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo[j], nono[k] kalendas augusti pontificatus nostri[l] anno secundo[m1].

---

[1] *1448 Juli 24.*

---

[a] Inhabilitatio - resignatis *BL 2850, VL 6343*
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* etc.
[c] commune *Paris 4172* ratione
[d] in *fehlt Sevilla 5*
[e] sint *Sevilla 5* fuerint
[f] in *fehlt Sevilla 5*
[g] non *fehlt Sevilla 5*
[h] nostrorum - infringere *fehlt Sevilla 5*
[i] anno - dominice *fehlt BL 2850, VL 6343*
[j] anno - octavo *BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* MCCCCXLVIII
[k] nono *fehlt BL 2850*
[l] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343, Sevilla 5*
[m] secundo *Sevilla 5* II

## 108.

NON VALEANT PREROGATIVE, SI TEMPORE VACATIONIS BENEFICII LITTERE NON SUNT CONFECTE[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[b], die videlicet XII[c] mensis octobris pontificatus sui anno secundo[d1], voluit, statuit et ordinavit, quod antelationum prerogative vel indulta super assequendis ecclesiasticis beneficiis expectativarum vigore litterarum nulli suffragentur, nisi super illis tempore vacationis singulorum beneficiorum huiusmodi, que per dictas gratias acceptari contigerit, apostolice[e] littere[f] sint confecte. R‹obertus› Vulteranus[g2].

---

[1] *1448 Oktober 12*.
[2] *Robertus de Cavalcantibus.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Anno domini MCCCC‹X›LVIII[h], die XIIII[i] octobris[3], presens constitutio lecta et publicata ‹fuit› in Cancellaria apostolica de mandato domini nostri pape. B‹artholomeus› de Novaria[j4].

---

[3] *1448 Oktober 14*.
[4] *Bartholomeus de Novaria*.

---

[a] Non - confecte *Sevilla 5*
[b] in - quintus *Firenze 64* etc.*;* quintus *VL 4988* 5*; VL 4989, Padova 64* V
[c] XII *fehlt VL 4988, VL 4989; Sevilla 5, Würzburg 131* duodecima
[d] secundo *VL 4988* 2*; VL 4989, Sevilla 5* II
[e] *Firenze 64 folgt* sedis
[f] littere *fehlt VL 4988*
[g] Robertus Vulteranus *fehlt VL 4988, VL 4989, Sevilla 5, Würzburg 131*
[h] MCCCC‹X›LVIII *Padova 64* 1448
[i] XIIII *Padova 64* 14 mensis
[j] Anno - Novaria *fehlt VL 4988, VL 4989, Sevilla 5, Sevilla 7, Würzburg 131*

## 109.

NON POTEST QUIS RETINERE INCOMPATIBILIA LITTERIS NON CONFECTIS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[b] papa V[c] attente considerans, quod plures constitutionum et regularum apostolice Cancellarie notitiam non habentes et ignorantes, qualiter ex supplicationibus signatis[d] pro tempore super obtinendis per dispensationes incompatibilibus beneficiis expediri littere apostolice debeant, aliquando[e] pretextu supplicationum earundem apostolicis desuper litteris non confectis talia beneficia recipere retinereque presumunt, ad que dispensationes huiusmodi iuxta constitutiones et regulas predictas se nullatenus extendunt, statuit et ordinavit, die videlicet duodecima[f] mensis[g] octobris pontificatus sui anno secundo[h1], quod nullus pretextu supplicationum huiusmodi, super quibus apostolice littere confecte non fuerint, incompatibilia beneficia quecumque retinere valeat et, si secus egerit, quoad[i] eum desuper dispositio iuris communis perinde servetur, ac si ex huiusmodi supplicationibus aliqua pro ipso minime signata foret. Preterea[j] voluit idem dominus noster, quod statutum et ordinatio huiusmodi ligare incipiant post sex menses a die publicationis eorundem.

Placet et ponatur in libro Cancellarie[k], T‹homas[2]›. R‹obertus› Vulteranus[l3].

---

[1] *1448 Oktober 12.*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Robertus de Cavalcantibus.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Anno domini MCCCC‹X›LVIII[m], die XIIII[n] mensis octobris[4] suprascripta constitutio in Cancellaria apostolica lecta et publicata fuit de mandato domini nostri pape. B‹artholomeus› de Novaria[o5].

---

[4] *1448 Oktober 14.*
[5] *Bartholomeus de Novaria*.

---

[a] Non - confectis *Sevilla 5*
[b] divina providentia *fehlt Padova 64*
[c] in - V *Firenze 64* etc.*;* V *VL 4988* 5*; Würzburg 131* quintus
[d] signatis *fehlt Würzburg 131*
[e] aliquando *VL 4988* aliquomodo*; Sevilla 5, Würzburg 131* alioquin
[f] duodecima *VL 4988* 12*; VL 4989, Padova 64* XII
[g] mensis *fehlt Firenze 64*
[h] secundo *Padova 64, Sevilla 5* II
[i] quoad *Sevilla 5* quod ad
[j] Preterea *Firenze 64* Propterea
[k] Cancellarie *fehlt Sevilla 5*
[l] Placet - Vulteranus *fehlt VL 4988, VL 4989, Würzburg 131;* Thomas - Vulteranus *fehlt Firenze 64;* Robertus Vulteranus *fehlt Sevilla 5*
[m] Anno domini MCCCC‹X›LVIII *Padova 64* 1444
[n] XIIII *Padova 64* 14
[o] Anno - Novaria *fehlt VL 4988, VL 4989, Sevilla 5, Würzburg 131*

## 110.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster[a] dominus Nicolaus divina providentia[b] papa V[c] pluribus viam litibus[d] adimere et circa facultates prelatis aliisque personis ecclesiasticis super conferendis suorum familiarium beneficiis, cum vacaverint, a sede apostolica concessas ipsorumque familiarium reputationes opportune provisionis adminiculum adhibere satagens[e], die videlicet XXVIIII[f] mensis[g] octobris pontificatus sui anno secundo[h1], voluit, statuit et ordinavit, quod nullus prelatorum et personarum huiusmodi, cuiuscumque dignitatis vel conditionis[i] fuerit, etiamsi cardinalatus honore prefulgeat, vigore talium facultatum a sede apostolica sub quavis verborum forma concessarum hactenus vel in posterum concedendarum aliquod beneficium cuiusvis sui familiaris, vel quem talem[j] reputaverit, conferre seu de illo disponere[k] quomodolibet valeat, nisi dictus familiaris tempore vacationis beneficii huiusmodi suus domesticus et continuus commensalis existat, ac decrevit idem dominus noster irritum et inane, quidquid secus contigerit attemptari[l].

Placet et ponatur in libro Cancellarie, T‹homas[2]›. R‹obertus› Vulteranus[m].

---

[1] *1448 Oktober 29.*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*

MCCCCXLVIII[n], die[o] quarta[p] mensis[q] novembris[3] suprascripta constitutio in Cancellaria apostolica lecta et publicata fuit de mandato domini nostri pape. B‹artholomeus› de Novaria[r4].

---

[3] *1448 November 4*.
[4] *Bartholomeus de Novaria*.

---

[a] noster *fehlt Padova 64*
[b] divina providentia *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[c] in - V *Firenze 64* etc.*;* V *VL 4988* 5*; Würzburg 131* quintus
[d] litibus *Firenze 64* litis
[e] satagens *VL 4988* satagentes
[f] XXVIIII *VL 4988* 29*; Padova 64, Würzburg 131* XXIX
[g] mensis *fehlt Firenze 64*
[h] secundo *VL 4988* 2*; Sevilla 5* II
[i] conditionis *Firenze 64* personatus
[j] quem talem *VL 4988* commensalem
[k] disponere *Würzburg 131* providere
[l] quidquid - attemptari *Firenze 64* etc.
[m] Placet - Vulteranus *fehlt VL 4988, VL 4989, Würzburg 131;* Thomas - Vulteranus *fehlt Firenze 64;* Robertus Vulteranus *fehlt Sevilla 5*
[n] MCCCCXLVIII *Padova 64* 1444
[o] MCCCCXLVIII die *Sevilla 5* Publicata
[p] quarta *Padova 64, Sevilla 5* IIII
[q] mensis *fehlt Sevilla 5*
[r] MCCCCXLVIII - Novaria *fehlt VL 4988, VL 4989, Würzburg 131;* suprascripta - Novaria *fehlt Sevilla 5*

## 111.

QUOD REFORMATIONES NON SE EXTENDUNT AD BENEFICIA VACANTIA IN CURIA[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus papa V[b] ad tollendas dubitationes et litium amputandos anfractus, que super gratiis et reservationibus per sanctitatem suam concessis et concedendis evenire possent, voluit, statuit et declaravit[c], quod[d] per quamcumque reservationem a sanctitate sua factam in gratiam et favorem alicuius specialis persone, cuiuscumque status, gradus[e], ordinis et conditionis ac dignitatis existat, non comprehendantur beneficia vacantia in curia quomodocumque[f], etiamsi de ipsis in reservationibus predictis mentio fieret specialis, nec etiam vacantia per resignationem auctoritate litterarum apostolicarum. F‹ranciscus› Portuensis[g1].

Lecta et publicata fuit in Cancellaria, XIII martii anno secundo[h2].

---

[1] *Franciscus Condulmer*.
[2] *1449 März 13*.

---

[a] Quod - curia *Sevilla 5*
[b] dominus - V *Firenze 64* etc.*; Würzburg 131* quintus
[c] declaravit *Padova 64, Würzburg 131* ordinavit
[d] quod *fehlt Firenze 64*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[e] gradus *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5*
[f] quomodocumque *Firenze 64* quorumcumque
[g] Franciscus Portuensis *fehlt Würzburg 131*
[h] Lecta - secundo *fehlt Padova 64, Würzburg 131, Sevilla 5*

## 112.

QUOD VERI FAMILIARES CONTINUI COMMENSALES ET IN LIBRO CANCELLARIE DESCRIPTI PREFERANTUR OMNIBUS ALIIS[a].

Item declaravit idem sanctissimus[b] dominus noster sue intentionis fuisse et esse, quod[c] per quascumque expectativas, nominandi seu conferendi de primo vacaturis facultates vel alias speciales reservationes et de sic reservatis conferendi mandata[d], suppressiones, uniones, annexiones[e] et reductiones[f] ad ius commune, gratias, concessiones et indulta cum quibusvis prerogativarum favoribus, antelationibus, declarationibus, etiam motu proprio sub quibuscumque verborum formis et aliis clausulis derogatoriis etiam insolitis quibuscumque personis, cuiuscumque gradus, dignitatis, ordinis et conditionis existant, ecclesiis, monasteriis eorumque mensis, etiam[g] capitularibus concessa et in antea concedenda non intendit fieri preiudicium aliquod suis veris familiaribus continuis commensalibus[h] in libro Cancellarie apostolice descriptis, cum[i] ipsi familiares sint potiores in assecutione beneficiorum vigore gratiarum eis concessarum omnibus premissis et aliis quibuscumque, etiamsi eis derogaretur expresse.

Placet de utroque, T‹homas›[j1]. F‹ranciscus› Portuensis[k].

Lecta et[l] publicata[m] in Cancellaria[n] XIII martii anno secundo[o2].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *1449 März 13*.

[a] Quod - aliis *Sevilla 5 und zu* veris familiaribus *mit Verweis am Rand* Qui dicantur veri familiares vide regulam Sanctissimus etc. provide considerans folio XXI *(= Nr. 133); Würzburg 131* Pro familiaribus pape
[b] sanctissimus *fehlt Sevilla 5*
[c] quod *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[d] mandata *Sevilla 5* mandatis
[e] annexiones *fehlt Firenze 64*
[f] reductiones *Würzburg 131* reductionis
[g] *Padova 64 folgt* episcopalibus et
[h] continuis commensalibus *fehlt Padova 64*
[i] cum *Padova 64* quando*; Sevilla 5, Würzburg 131* quin
[j] Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64*
[k] F‹ranciscus› Portuensis *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[l] Lecta et *fehlt Padova 64*
[m] publicata *Padova 64* publicatis
[n] in Cancellaria *Padova 64* die
[o] Lecta - secundo *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131;* secundo *Padova 64* II

---

**113.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[a] papa V[b], ut singula per felicis recordationis Eugenium papam quartum[c] predecessorem suum pro personis ecclesiasticis nationis Germanice[d] concessa firmiter observentur et litium inde subducantur anfractus, die secunda[e] mensis martii pontificatus sui anno secundo[f1], voluit, statuit et ordinavit, quod super ecclesiasticorum infra dictam nationem existentium beneficiorum titulis[g] contra aliquem illorum, qui in fine anni a nativitate Domini MCCCCXLVII[h2] beneficiorum ipsorum ordinaria auctoritate possessores fuerunt et etiam, nisi constet expresse prefatum dominum nostrum ex certa scientia sic fieri voluisse, contra quempiam illorum, qui alia quam predicta auctoritate beneficiorum huiusmodi possessionem tunc habebant, seu contra res iudicatas ab ordinariis seu ipsorum commissariis tempore suspensionis animorum[i] principium[j] ibidem vel super appellationibus, que prefato tempore ab ordinariis seu commissariis predictis aut eorum sententiis interposite fuerunt, cause in Romana curia vel apostolice sedis litteris[k] extra eam nullatenus committantur, ac decrevit idem[l] dominus noster omnes et singulos processus, quos haberi nec non totum id et quidquid fieri vel attemptari secus quavis auctoritate contigerit, nullius existere firmitatis.

Placet, quod ponatur[m] in quaterno Cancellarie[n], T‹homas›[o3].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica anno a nativitate domini MCCCCXLIX[p], die prima aprilis pontificatus domini nostri domini Nicolai pape V[q] anno tertio[4]. B‹artholomeus› de Novaria[r5].

---

[1] *1449 März 2*.
[2] *1447*.
[3] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[4] *1449 April 1*.
[5] *Bartholomeus de Novaria.*

---

[a] divina providentia *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[b] in - V *Firenze 64* etc.*;* V *Würzburg 131* quintus
[c] quartum *Firenze 64* IIII
[d] Germanice *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5* Germanie
[e] secunda *Padova 64* II
[f] secundo *Padova 64* II
[g] titulis *Würzburg 131* titulus
[h] MCCCCXLVII *Würzburg 131* millesimi quadringentesimi quadragesimi septimi
[i] animorum *fehlt Firenze 64*
[j] *Sevilla 5 folgt* ab
[k] litteris *Würzburg 131 in* legatis *verschlimmbessert*
[l] *Firenze 64 folgt* sanctissimus

[m] quod ponatur *fehlt Padova 64*
[n] quod - Cancellarie *fehlt Würzburg 131*
[o] Placet - Thomas *fehlt Sevilla 5;* Thomas *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[p] MCCCCXLIX *Padova 64* 1449
[q] pontificatus domini nostri domini Nicolai pape V *fehlt Firenze 64*
[r] Lecta - Novaria *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131;* Bartholomeus - Novaria *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*

## 114.

REVOCAVIT RESERVATIONES, UBI EXPRIMUNTUR BENEFICIA VEL NOMINA BENEFICIATORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[b] papa quintus[c] propensius attendens[d], quod in ecclesiasticis consequendis beneficiis puritas omnino servanda sit, motibus[e] repressis[f], quibus parari quomodolibet captande mortis occasio posset, die XVI mensis aprilis pontificatus sui anno tertio[g1], omnes et singulas ab eo nec non felicis recordationis Eugenio papa quarto[h] predecessore suo de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, dum per cessum vel decessum aut dimissionem aliam[i] personarum ea obtinentium seu ius in illis habentium vacarent, factas[j], in quibus beneficia reservata vel persone huiusmodi nominatim exprimebantur, reservationes ac super conferendis dictis beneficiis vel alias de illis disponendis apostolicas concessiones et litteras, per quas in re ius quesitum non fuerat, auctoritate apostolica revocavit, cassavit et irritavit nulliusque decrevit existere firmitatis.

Placet, T‹homas›[2]. Pro domino F‹rancisco› Portuensi[3] vicecancellario H‹onorius› F‹rancisci› Melfiensis[k4].

Publicata in Cancellaria apostolica, die XVII mensis aprilis MCCCCXLVIIII[l] pontificatus prefati domini nostri pape[m] anno tertio[n5]. B‹artholomeus› de Novaria[o6].

[1] *1449 April 16*.
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer.*
[4] *Honofrius Francisci.*
[5] *1449 April 17*.
[6] *Bartholomeus de Novaria.*

[a] Revocavit - beneficiatorum *Sevilla 5*
[b] divina providentia *fehlt Würzburg 131*
[c] in - quintus *Firenze 64* etc.*;* quintus *Padova 64* V
[d] attendens *Würzburg 131* intendens
[e] motibus *Firenze 64* moribus
[f] repressis *Padova 64* depressis
[g] tertio *Padova 64* III
[h] quarto *Firenze 64, Sevilla 5* IIII
[i] aliam *Padova 64* aliarum

[j] factas *Firenze 64* seu*; Würzburg 131* facto
[k] Placet - Melfiensis *fehlt Sevilla 5;* Pro - Melfiensis *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*
[l] MCCCCXLVIIII *Padova 64* MCCCCLVIIII
[m] pontificatus - pape *fehlt Firenze 64*
[n] tertio *Padova 64* III
[o] Publicata - Novaria *fehlt* *Sevilla 5, Würzburg 131*

**115.**

IN REGULA „ITEM, DIE PREMISSA" SUPRA FOL. III[a].

Cum decreverimus beneficia ecclesiastica, que familiares etiam domestici et continui commensales predecessorum nostrorum Romanorum pontificum nec non aliorum de papatu contendentium ac defunctorum sancte Romane ecclesie cardinalium et preteritis temporibus collectorie, subcollectorie fructuum ac proventuum Camere apostolice debitorum officia exercentium et aliorum officialium, qui alia[b], que exercebant, officia dimiserunt vel a quibus[c] cessa‹ve›runt, obtinebant[d], propter familiaritatem et alia officia huiusmodi deinceps[e] non censeri debere reservata[1], declaramus, statuimus et ordinamus huiusmodi[f] decretum ex tunc, quo editum extitit, non extendi ad beneficia, que obtinebant seu obtinent de presenti familiares etiam domestici et continui[g] commensales ac officia predicta exercentes tempore felicis recordationis Eugenii pape IIII[h] predecessoris nostri et suo tempore et nostro sancte Romane ecclesie cardinalium, etiamsi a familiaritate seu exercitio[i] huiusmodi cessaverint, sed ea nostre et sedis apostolice dispositioni reservata esse et fuisse ex die date dicti[j] decreti citra[k] declaramus, decernentes irritum et inane[l] etc.

Placet et ponatur[m] in libro Cancellarie, T‹homas›[2]. F‹ranciscus› Portuensis[n3].

[1] *Vgl. oben OT 14*.
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.

[a] In - III *Sevilla 5 zu* decrevimus mit Verweiszeichen am Rand *(= Nr. 15)*
[b] alia *Würzburg 131* illa
[c] a quibus *fehlt Sevilla 5*
[d] obtinebant *fehlt Würzburg 131*
[e] deinceps *fehlt Firenze 64*
[f] huiusmodi *fehlt Würzburg 131*
[g] continui *fehlt Würzburg 131*
[h] IIII *fehlt Padova 64; Würzburg 131* quarti
[i] exercitio *Firenze 64* officio
[j] dicti *fehlt Padova 64, Würzburg 131*
[k] citra *Padova 64* ad ea
[l] et inane *fehlt Firenze 64*
[m] ponatur *Padova 64* ita mandamus poni
[n] Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5*

## 116.

REGULA ANNI III[a].

Ad tollendum dubitationes, que possent insurgere super vacationibus beneficiorum[b] per obitum illorum, quos[c] mori contingit[d] extra Romanam urbem[e], postquam ab ea propter intemperiem aerum cum maiori parte curialium discessimus, nostra[f] curia inde non translata, et in locis, ad que declinavimus[g] ac officia nostre curie exerceri mandavimus[h], vel eis circumvicinis, an apud sedem apostolicam vacare dicantur et nostre ac ipsius sedis dispositioni[i] sint reservata, statuimus, decernimus et declaramus omnia beneficia ecclesiastica vacantia et que[j] tunc pro tempore vacarunt et in posterum vacabunt per obitum illorum, qui de prefata urbe recesserint, et eorum, qui ad illam vel ad loca, in quibus nostram[k] fecimus[l], facimus et faciemus residentiam seu ubi dicta officia de mandato nostro exercebantur, exercentur et exercebuntur[m], veniebant venientque[n] et a nostra civitate Bononiensi[1] inclusive citra decesserunt[o] et quos decedere contigerit, nostre[p] et sedis apostolice dispositioni generaliter fuisse et esse reservata illaque apud sedem apostolicam vacavisse et vacare censeri ac litteras apostolicas super inde tamquam[q] de[r] beneficiis apud ipsam sedem vacantibus expediri debere et taliter expeditas vim et robur habere, ac si presens nostra constitutio ante vacationes huiusmodi emanasset. Decernentes irritum etc.

Placet et ita mandamus poni in libro Cancellarie, T‹homas›[2]. F‹ranciscus› Portuensis[s3].

Lecte et[t] publicate fuerunt in Cancellaria apostolica suprascripte due constitutiones[u], die[v] XVII[w] mensis[x] septembris anno[y] MCCCCXLVIIII[z] pontificatus[aa] anno tertio[bb4].

---

[1] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.
[4] *1449 September 17*.

---

[a] Regula - III *Sevilla 5 als Überschrift, da die Regel mit Verweiszeichen auf die richtige Stelle erst nach Nr. 120 eingetragen ist.*
[b] beneficiorum *fehlt Firenze 64*
[c] quos *Sevilla 5* quorum
[d] contingit *Sevilla 5, Würzburg 131* contigerit
[e] urbem *Würzburg 131* curiam
[f] nostra *Würzburg 131* curiam
[g] *Firenze 64* declaravimus
[h] mandavimus *Firenze 64* mandamus
[i] vacare - dispositioni *fehlt Sevilla 5*
[j] *Sevilla 5 folgt* ex
[k] nostram *Firenze 64* nostrum
[l] fecimus *fehlt Firenze 64*
[m] exercentur et exercebuntur *Firenze 64* et exercebantur

[n] venientque *Würzburg 131* venireque
[o] decesserunt *Würzburg 131* decessum
[p] nostre *fehlt Sevilla 5*
[q] *Sevilla 5 folgt* sibi
[r] de *fehlt Padova 64; Würzburg 131* super
[s] Placet - Portuensis *fehlt Sevilla 5;* Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[t] Lecte et *fehlt Padova 64*
[u] Lecte - constitutiones *fehlt Sevilla 5*
[v] fuerunt - die *fehlt Padova 64;* suprascripte - die *fehlt Firenze 64*
[w] XVII *Sevilla 5* X
[x] mensis *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*
[y] anno *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*
[z] MCCCCXLVIIII *Würzburg 131* etc. XLIX
[aa] MCCCXLVIIII - anno *fehlt Padova 64;* pontificatus *fehlt Firenze 64*
[bb] tertio *Padova 64* III

## 117.

[R]ESERVATIONES ET CONFE[RE]NDI MANDATA AC [A]LIE QUECUMQUE GRATIE ETIAM MO[TU] PROPRIO AD DIGNITATES [M]AIORES POST PONTIFICALES [SE]U PRINCIPALES IN ECCLESIIS [N]ON SE EXTENDUNT NEC ILLAS PREIUDICATUR ORDI[N]ARIIS QUOAD CERTOS [M]ENSES. RESERVATIO[N]ES ET CONFERENDI MAN[DATA] PRIORES IN DATA PREFERUNTUR POSTERIORIBUS, ETIAMSI IN IPSIS [CA]VEATUR, QUOD PREFERANTUR [PRI]ORIBUS[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus papa quintus[b] statuit, decrevit et ordinavit, quod nulle[c] de dignitatibus aut beneficiis ecclesiasticis primo vacaturis seu, quas vel que certe persone ducerent[d] acceptandas vel acceptanda, speciales reservationes et conferendi mandata etiam motu proprio et ex certa scientia ac sub quibusvis formis et expressionibus verborum nec non cum[e] quibuscumque clausulis per eum quibusvis[f] sancte Romane ecclesie cardinalium dumtaxat exceptis personis, cuiuscumque status, gradus[g], ordinis vel conditionis fuerint, hactenus concessa et in posterum concedenda ad dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis principales se extendant nec[h] per illa[i] ordinariis collatoribus, quo minus beneficia ad ipsorum collationem spectantia[j] in certis mensibus vacantia iuxta quandam per eum desuper editam[k] ordinationem[1] libere conferre valeant, aliquod preiudicium fiat quodque in assecutione beneficiorum vigore specialium reservationum et mandatorum huiusmodi facienda priores posterioribus in data omnino preferantur et preferri debeant, etiamsi reservationes et mandata huiusmodi ad dictas dignitates se extendere viderentur et extenderent ac per illa ipsis ordinariis et ordinationi[l] preiudicaretur[m] et in eis, quod posteriores prioribus in assecutione antedicta preferantur, caveretur nominatim specifice et expresse.

[1] = *Nr. 94*.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, T‹homas›[2]. F‹ranciscus› Portuensis[n3].

Lecta et[o] publicata fuit suprascripta constitutio in Cancellaria apostolica[p], die secunda[q] octobris anno etc. XLIX[r] pontificatus[s] anno tertio[t4].

---

[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.
[4] *1449 Oktober 2*.

---

[a] Reservationes - prioribus *Sevilla 5*
[b] dominus - quintus *Firenze 64* etc.
[c] nulle *Firenze 64* nulli
[d] ducerent *Sevilla 5* duxerant
[e] cum *fehlt Firenze 64*
[f] quibusvis *fehlt Padova 64*
[g] gradus *fehlt Würzburg 131*
[h] nec *Padova 64* ne
[i] illa *Würzburg 131* illas
[j] spectantia *Sevilla 5* expectantia
[k] editam *Padova 64* conditam; *Würzburg 131* factam
[l] *Sevilla 5 folgt* predicte
[m] preiudicaretur *Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131* preiudicarent
[n] Franciscus Portuensis *fehlt Sevilla 5*
[o] Lecta et *fehlt Padova 64*
[p] fuit - spoastolica *fehlt Padova 64*
[q] secunda *Padova 64* II
[r] anno - XLIX *Padova 64* 1449
[s] anno - pontificatus *fehlt Firenze 64;* pontificatus *fehlt Padova 64*
[t] Lecta - tertio *fehlt Sevilla 5;* tertio *Padova 64* 3

## 118.

Motu proprio volumus et dilectis filiis Antonio etc. familiaribus nostris continuis commensalibus auctoritate apostolica concedimus, quod singuli ipsorum in assecutione quorumcumque canonicatuum, prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum, aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum eis sub XVIII kalendas iulii pontificatus nostri anno primo[1] per nos concessarum acceptaverint et de quibus provisum eis fuerit, omnino preferantur nec antelationum prerogative vel indulta apostolica etiam cum quibuscumque verbis, clausulis derogatoriis adversus voluntatem et concessionem huiusmodi quomodolibet suffragentur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque[a].

---

[1] *1447 Juni 14.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 119.

QUOD NULLA GRATIA AUT SPECIALIS RESERVATIO, QUE NONDUM SORTITA EST EFFECTUM, AD GENERALITER RESERVATA SE EXTENDAT[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus papa quintus, quarto[b] nonas maii pontificatus sui anno quarto[1], declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod nulla quevis gratia aut specialis reservatio de beneficiis ecclesiasticis quibuslibet tam per felicis recordationis Eugenium papam IIII[c] predecessorem suum quam per eum etiam motu proprio et ex certa scientia quasvis derogatorias clausulas habens etiam in favorem specialium et expressarum personarum hactenus quomodolibet facta[d], que nondum effectum sortita[e] fuerit, et per se forsan in posterum facienda ad beneficia generaliter reservata se extendat, etiamsi illa in gratiis et reservationibus huiusmodi nominatim expressa fuerint seu alias comprehensa, quinimo gratiam, reservationem, acceptationem et provisionem illarum pretextu factas et faciendas nullius esse decrevit roboris vel momenti.

---

[1] *1450 Mai 4*.

---

[a] Quod - extendat *Sevilla 5 und zu* reservata *mit Verweis am Rand* Vide regulam „Item quoniam importunitate" fol. XXVIII anno VII *(= Nr. 152)*
[b] dominus - quarto *Firenze 64* etc.*;* quarto *Sevilla 5* IIII
[c] IIII *Padova 64* quartum
[d] facta *Sevilla 5* factarum
[e] effectum sortita *Firenze 64* effecta

**120.**

Eadem die[1] revocavit omnes et singulas facultates resignandi quecumque beneficia generaliter reservata in manibus quorumcumque preterquam sue sanctitatis illasque ex tunc decrevit nullius esse roboris vel momenti.

Placet et in libro Cancellarie scribi mandamus, T‹homas›[a2].

---

[1] *(1450 Mai 4).*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*

---

[a] *Layoutendnote*

**121.**

NON VALENT LITTERE, IN QUIBUS SINGULE NON OBSTANTIE NON SUNT EXPRESSE[a].

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[c] papa quintus[d], pontificatus sui anno quarto[e] die XXX[f] mensis iulii[1], voluit, statuit et ordinavit,

---

[1] *1450 Juli 30*.

quod nulle[g] deinceps provisionis seu mandati de providendo, dispensationis, reservationis et cuiusvis gratie iam concesse et in posterum concedende littere apostolice conficiantur et expediri valeant, nisi in supplicatione desuper habita et signata singule non obstantie fuerint nominatim expresse, etiamsi in ea contineatur vel alias sit clausula apponi solita per „Fiat“ signata, quod non obstantie habeantur pro expressis vel quod exprimi possint latius in Cancellaria[h], decernens ex nunc litteras super supplicatione huiusmodi, ubi non fuerint non obstantie nominatim expresse, conficiendas[i] et omnia inde secuta nullius fore[j] roboris vel momenti.

Placet et describatur et publicetur in Cancellaria, T‹homas›[k2]. Jo‹hannes› Pennensis[3].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, anno a nativitate domini[l] MCCCCL, die[m] XVIII augusti pontificatus domini nostri Nicolai[n] pape V[o] anno quarto[p4]. A. Darden.[5]

---

[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Johannes Castiglioni.*
[4] *1450 August 18*.
[5] *Ambrosius de Dardanonibus.*

---

[a] Non - expresse *Sevilla 5; Würzburg 131* De non obstantiis
[b] in - et *fehlt Sevilla 5*
[c] divina providentia *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[d] in - quintus *Firenze 64* etc.*; Sevilla 5 folgt irrtümlich nicht ausgestrichen* IIII nonas maii *von Nr. 119*
[e] quarto *Sevilla 5* IIII
[f] XXX *Padova 64* tricesima*; Würzburg 131* XXIX
[g] nulle *Firenze 64, Würzburg 131* nullus*; Padova 64* nullius
[h] *Padova 64 folgt* apostolica
[i] conficiendas *Sevilla 5* conficiendarum
[j] fore *fehlt Padova 64; Firenze 64, Sevilla 5* futura
[k] Placet - Thomas *fehlt Padova 64, Würzburg 131*
[l] anno - domini *fehlt Firenze 64*
[m] die *fehlt Sevilla 5*
[n] Nicolai *fehlt Padova 64*
[o] pontificatus - V *fehlt Firenze 64*
[p] Lecta - quarto *fehlt Würzburg 131*

**122.**

Quarto kalendas novembris anno predicto[1], sanctissimus dominus noster declaravit, voluit et mandavit, quod ista regula prescripta in concessis usque ad datum IIII kalendas exclusive locum non habeat[a].

---

[1] *(1450) Oktober 29*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 123.

DE COMMENDA[a].

Sanctissiums dominus noster dominus[b] Nicolaus papa quintus[c], decimo[d] kalendas decembris pontificatus sui anno quarto[e1], voluit, statuit et decrevit, quod per „Fiat, ut petitur" de cetero non expediantur littere de commenda, etiamsi in illa tantummodo petatur, nisi de commenda specifice[f] signatura habeatur. F‹ranciscus› Portuensis[g2].

[1] *1450 November 22*.
[2] *Franciscus Condulmer*.

[a] De commenda *Sevilla 5, Würzburg 131*
[b] noster dominus *fehlt Sevilla 5*
[c] dominus noster - quintus *Firenze 64* etc.*;* dominus - quintus *fehlt Padova 64;* papa quintus *fehlt Sevilla 5*
[d] decimo *Sevilla 5* X
[e] quarto *Sevilla 5* IIII
[f] specifice *Sevilla 5* expecifice
[g] Franciscus Portuensis *fehlt Würzburg 131*

## 124.

PROROGATIO TERMINI DE LITTERIS EXPEDIENDIS[a].

Item[b], eadem die[1], prorogavit ad tres menses terminum de litteris expediendis a fine trium mensium ultimo finitorum[c]. F‹ranciscus› Portuensis[2].

[1] *(1450 November 22)*.
[2] *Franciscus Condulmer*.

[a] Prorogatio - expediendis *Sevilla 5*
[b] Item *fehlt Sevilla 5*
[c] finitorum *Sevilla 5* futurorum

## 125.

DECLARATIO REGULE AD TOLLENDAS SUPRA FOLIO XVIII[a].

Item[b], eadem die[1], declaravit regulam seu constitutionem de reservatione beneficiorum, que a Bononia citra[c] post ultimum eius de Urbe recessum propter epidimiam vacare contingeret, de cetero propter ipsius ad Urbem reditum nullum habere vigorem, sed illa in dispositione iuris communis salvis apostolicis reservationibus remanere debere.

Placet, T‹homas›. F‹ranciscus› Portuensis[d].

[1] *(1450 November 22)*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] Declaratio - XVIII *Sevilla 5 (=* *Nr. 116)*
[b] Item *fehlt Sevilla 5*
[c] Bononia citra *Würzburg 131* Romana curia
[d] Placet - Portuensis *fehlt Würzburg 131;* Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64*

**126.**

QUOD NULLUS POTEST GAUDERE PLURALITATE GRATIARUM[a].

Sanctissimus dominus noster[b] attendens, quod nonnulli ambitiosi diversas gratias expectativas ac speciales reservationes de vacaturis beneficiis ac mandata de conferendo illa sibi fieri procuraverunt et in diversis ecclesiis se ad beneficia ibidem vacatura vigore facultatum regibus et aliis secularibus dominis nec non cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis concessarum nominari fecerunt, ut brevi temporis spatio multitudinem sibi beneficiorum accumulent[1], decimo kalendas decembris pontificatus sui anno quarto[c2], ordinavit, voluit, statuit et decrevit, quod nullus gaudeat aut uti et gaudere possit pluralitate huiusmodi gratiarum, sed unica tantum sive expectativa sive vigore quarumcumque facultatum, nominatione seu gratia mandati de conferendo specialiter vacatura reservata, ita ut altera[d] ipsarum expectativa[e], nominatione seu mandati de reservata conferendo gratia consumpta relique omnes eo ipso sint casse et irrite nulliusque roboris vel momenti, etiamsi motu proprio concesse fuerint seu, quod quis eis simul uti et gaudere valeat et quod una consumpta altera firma maneat, in eis vel earum altera fuerit nominatim expressum.

Placet et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, T‹homas›. F‹ranciscus› Portuensis[f].

Lecte fuerunt et publicate suprascripte regule in Cancellaria apostolica, die prima[g3], et in Audientia litterarum[h] contradictarum, die[i] secunda[j] mensis decembris anno domini MCCCCL[k] pontificatus sanctissimi[l] domini nostri domini Nicolai pape V[m] anno quarto[4].

[1] *Vgl. unten* *Nr. 157*.
[2] *1450 November 22*.
[3] *1450 Dezember 1*.
[4] *1450 Dezember 2*.

[a] Quod - gratiarum *Sevilla 5*
[b] dominus noster *Firenze 64* etc.
[c] quarto *Padova 64, Sevilla 5* IIII
[d] altera *Würzburg 131* alia
[e] expectativa *Firenze 64* expectativarum
[f] Placet - Portuensis *fehlt Würzburg 131;* Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64*
[g] die prima *fehlt Sevilla 5*

[h] litterarum *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*
[i] die *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[j] secunda *Sevilla 5* II
[k] domini MCCCL *Würzburg 131* etc. quinquagesimo
[l] sanctissimi *fehlt Sevilla 5*
[m] pontificatus - V *fehlt Firenze 64;* sanctissimi - V *Würzburg 131* etc.

**127.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[a] tempus de expediendis litteris primo de kalendis septembris proxime preteriti[1] ad quattuor menses et deinde, decimo kalendas decembris videlicet anni a nativitate domini MCCCCL[2], ad tres alios menses a fine trium mensium ultimo[b] finitorum pro singulis prorogatum declarat, secundam videlicet decimo kalendas decembris factam[c] prorogationem a fine prime videlicet a kalendis ianuarii incipere[d] et valere debere et ulterius tempus huiusmodi pro singulis a fine dicte secunde usque ad quattuor[e] alios menses exinde sequentes prorogat.

Placet, T‹homas›[3]. F‹ranciscus› Portuensis[4].

[1] *1450 September 1*.
[2] *1450 November 22*.
[3] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[4] *Franciscus Condulmer*.

[a] in - quintus *Firenze 64* etc.
[b] ultimo *Firenze 64* ultimorum
[c] decembris factam *Firenze 64* secundam
[d] incipere *Padova 64* recipere
[e] quattuor *Padova 64* IIII

**128.**

ANNO PRIMO[a] *(!)*.

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster[c], septimo idus aprilis pontificatus sui anno quinto[1], ut importuna[d] petentium vota in preiudicium iuris alicui frustrentur effectu et[e] ius suum unicuique servetur illesum[f], statuit et decrevit, quod nulla commissio iustitie signata per „Placet“ aut „Fiat, ut petitur“, etiamsi[g] desuper fuerint littere confecte et presenti constitutioni fuerit expresse derogatum, fidem faciat in iudicio in curia vel extra nec auditores seu commissarii parere teneantur, quinimo nullius sint roboris vel momenti, nisi manu duorum ex referendariis fuerit desuper annotata seu in consistorio seu[h] Audientia publica alias

[1] *1451 April 7*.

proposita[i] et admissa, quod tamen ad commissiones, que in forma simplicis minoris vel maioris[j] iustitie per vicecancellarium seu alias in Cancellaria solite sunt expediri, noluit[k] extendi[l].

Placet, quod publicetur in Audientia causarum et describatur in Cancellaria, T‹homas›[m2]. Pro reverendissimo[n] domino vicecancellario B‹erardus› Spoletanus[o3].

Lecta fuit et publicata prescripta[p] constitutio seu regula in Cancellaria apostolica die XVI mensis[q] aprilis pontificatus[r] sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape V[s] anno quinto[t4].

---

[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Berardus Eroli de Narnia.*
[4] *1451 April 16*.

---

[a] Anno primo *Sevilla 5(b)*
[b] in - et *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5(b), Würzburg 131*
[c] dominus noster *Firenze 64* etc.
[d] importuna *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5(a)* importune
[e] *Sevilla 5(b) folgt* ut
[f] illesum *fehlt Firenze 64*
[g] etiamsi *Padova 64* etiam
[h] *Würzburg 131 folgt* in
[i] proposita *Firenze 64* preposita
[j] vel maioris *fehlt Padova 64*
[k] noluit *Firenze 64* noviter*; Padova 64* noluerit
[l] vota - extendi *fehlt Sevilla 5(a)*
[m] Thomas *fehlt Firenze 64*
[n] reverendissimo *fehlt Sevilla 5(b)*
[o] Placet - Spoletanus *fehlt Sevilla 5(a);* Pro - Spoletanus *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*
[p] prescripta *Sevilla 5(b)* subscripta
[q] mensis *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*
[r] pontificatus *fehlt Padova 64*
[s] pontificatus - V *fehlt Firenze 64, Würzburg 131;* V *Sevilla 5(b)* quinti
[t] Lecta - quinto *fehlt Sevilla 5(a);* quinto *Sevilla 5(b)* primo

## 129.

QUOD PRESENTES PREFERUNTUR OMNIBUS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[b] intendens rationabilibus suadentibus causis curiam Romanam[c] sequentes specialibus[d] favoribus et antelationum prosequi prerogativis voluit[e], statuit atque decrevit, quod omnes et singuli, qui tempore vacationum beneficiorum sub quibuscumque[f] expectativis gratiis[g] vel specialibus reservationibus et de sic[h] reservatis[i] conferendi mandatis[j], quas seu que eis[k] ipse dominus noster[l] concessit[m], comprehensorum in dicta curia presentes et in[n] antea[o] per sex preteritos[p] menses illam continue secuti fuerint, in assecutione beneficiorum quorumlibet, que tunc vacantia rite acceptaverint et de quibus eis provideri fe-

cerint, omnibus aliis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis[q] vel conditionis, etiamsi[r] in processibus desuper habitis diligentiores et in canonicos recepti sint, sub pari vel minori data gratias expectativas, speciales reservationes et mandata[s] habentibus et tunc a dicta curia absentibus preterquam prefati domini nostri pape familiaribus continuis commensalibus in Cancellaria apostolica circa quasdam eis concessas prerogativas descriptis[t] omnino preferantur. Inter illos tamen ex ipsis presentibus, qui apostolice sedis officiales non fuerint, ac ubilibet[u] existentes in theologia magistros nec non in altero iurium doctores et cum rigore examinis licentiatos et in ipsa[v] theologia baccalarios formatos ius commune servetur, non obstantibus apostolicis constitutionibus et etiam cum decreto irritanti[w], quorumcumque tenorum existant, in genere vel in specie per ipsum dominum nostrum seu sedem huiusmodi concessis seu in posterum concedendis prerogativis et indultis[x] etiam, de quibus ac totis[y] eorum tenoribus specialis[z] et expressa mentio foret habenda, ceterisque contrariis quibuscumque.

Placet, publicetur et describatur in Cancellaria[aa], T‹homas›[1]. Pro reverendissimo domino vicecancellario B‹erardus› Spoletanus[bb2].

Lecta fuit et[cc] publicata suprascripta[dd] regula in Cancellaria apostolica[ee], die veneris[ff] XXVIII[gg] mensis[hh] maii[3], et in Audientia litterarum[ii] contradictarum, die[jj] VII[kk] mensis[ll] iunii anno[mm] MCCCCLI[nn] pontificatus sanctissimi domini nostri[oo] domini Nicolai pape quinti[pp] anno quinto[qq4].

---

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *Berardus Eroli de Narnia.*
[3] *1451 Mai 28*.
[4] *1451 Juni 7. Diese Regel findet sich auch in Wien, ÖNB, Cod. 4971, fol. 129r.*

---

[a] Quod - omnibus *Sevilla 5; Sevilla 7* Regula presentialitatis in curia*; Wien 4971* Sequitur regula Cancellarie apostolice in favorem sequentium curiam edita*; Würzburg 131* De presentialitate
[b] in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus *Firenze 64* etc.
[c] Romanam *fehlt Sevilla 7; Wien 4971* pro tempore
[d] specialibus *fehlt Wien 4971*
[e] voluit *fehlt Sevilla 7*
[f] quibuscumque *fehlt Sevilla 7*
[g] gratiis *fehlt Sevilla 7*
[h] *Wien 4971 folgt* de
[i] *Sevilla 7 folgt* cum vacabunt
[j] mandatis *Sevilla 7* mandata
[k] eis *fehlt Sevilla 7*
[l] *Wien 4971 folgt* papa
[m] *Sevilla 7 folgt* gratiis
[n] in *fehlt Sevilla 7*
[o] antea *Sevilla 5* ea
[p] preteritos *Firenze 64* predictos*; Sevilla 7* proxime preteritos
[q] ordinis *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Wien 4971, Würzburg 131*
[r] etiamsi *Sevilla 7* etsi

[s] *Würzburg 131 folgt* conferendi huiusmodi
[t] preterquam - descriptis *fehlt Sevilla 7;* descriptis Sevilla 5 descriptos
[u] ubilibet Firenze 64 utiliter*; Sevilla 7* videlicet
[v] ipsa *fehlt Sevilla 7, Wien 4971*
[w] irritanti *Wien 4971* irritantibus
[x] indultis *Sevilla 7* indulgentiis
[y] totis *Sevilla 5* totaliter
[z] specialis *Sevilla 5* specialiter
[aa] publicetur - Cancellaria *Firenze 64, Wien 4971* etc.
[bb] Placet- Spoletanus *fehlt Sevilla 7, Wien 4971;* Pro - Spoletanus *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*
[cc] Lecta - et *fehlt Sevilla 7, Wien 4971*
[dd] suprascripta *Wien 4971* est
[ee] suprascripta - apostolica *fehlt Sevilla 7*
[ff] veneris *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[gg] XXVIII *Würzburg 131* XXVII
[hh] mensis *fehlt Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131*
[ii] litterarum *fehlt Würzburg 131; Wien 4971* vero
[jj] die *fehlt Würzburg 131*
[kk] VII *Wien 4971* VI
[ll] mensis *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5*
[mm] anno *fehlt Firenze 64, Padova 64, Wien 4971*
[nn] MCCCCLI *fehlt Wien 4971;* MCCCCLI *Sevilla 5* MCCCLI*; Würzburg 131* etc. LI
[oo] domini nostri *fehlt Padova 64*
[pp] et in - quinti *fehlt Sevilla 7;* sanctissimi - quinti *fehlt Firenze 64; Würzburg 131* etc.*;* pape quinti *fehlt Padova 64;* quinti *Sevilla 5* V
[qq] quinto *Sevilla 5* V*; Sevilla 7 folgt* Sequuntur modo alie

## 130.

Sanctissimus dominus noster[a] attente considerans, quod plerique, quibus[b] per sedem apostolicam concessa fuerant, hactenus indulta et facultates providendi usque ad certum numerum de beneficiis reservatis, facultatibus et indultis abusi sunt, sextodecimo[c] kalendas maii pontificatus sui[d] anno quinto[e1], revocavit et annullavit omnes et singulas facultates et indulta concessa quibusvis personis quacumque etiam pontificali, patriarchali aut cardinalatus dignitate predictis beneficiorum, que fuerint alias sedi apostolice reservata, resignationes simpliciter aut ex causa permutationis admittendi et ipsa sic resignata seu ex causa permutationis[f] aut[g] alias vacantia conferendi, item facultates et indulta quibusvis personis beneficia sic reservata ultra numerum duorum[h] permutandi seu a compermutante resignata admittendi, conferendi et recipiendi, decernens indulta et facultates huiusmodi et, quidquid in vim eorundem de cetero fieri contigerit, nullius roboris vel momenti quodque[i] beneficia deinceps sic[j] compermutata seu resignata, etiamsi de eis fuerit alteri quavis auctoritate provisum, libere valeant impetrari.

Pro reverendissimo domino vicecancellario[k] B‹erardus› Spoletanus[l2].

[1] *1451 April 16*.
[2] *Berardus Eroli de Narnia.*

[a] dominus noster *Firenze 64* etc.
[b] quibus *fehlt Sevilla 5*
[c] sextodecimo *Firenze 64, Würzburg 131* XVI
[d] sui *fehlt Firenze 64*
[e] quinto *Padova 64* V
[f] admittendi - permutationis *fehlt Sevilla 5*
[g] admittendi - aut *fehlt Würzburg 131*
[h] *Sevilla 5 folgt* beneficiorum
[i] quodque *Würzburg 131* quidque
[j] sic *fehlt Sevilla 5*
[k] vicecancellario *Padova 64* vicario
[l] Pro - Spoletanus *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*

## 131.

NOTA REGULAM[a].

Item, quia sepe contingit[b] importunitate petentium concedi gratias expectativas, reservationum specialium et mandata de providendo de beneficiis usque ad certam valoris[c] librarum seu florenorum summam in una seu pluribus provinciis vacaturis[d], statuit et decrevit gratias et mandata de providendo huiusmodi, que nondum effectum sortite fuerint, etiam motu proprio sub quavis verborum forma seu clausulis ex quibusvis causis et quacumque dignitate predito[e] concessa et in posterum concedenda ad duas collationes, quas infra duos menses is, cui gratia huiusmodi concessa fuerit, eligere teneatur, in una seu pluribus provinciis et ad duo beneficia dumtaxat extendi, etiamsi in litteris apostolicis illud[f] fuerit expressum seu alias presenti constitutioni fuerit[g] expresse derogatum, decernens in aliis litteras[h], processus et omnia[i] inde secuta nullius roboris vel momenti.

Placet, publicentur et describantur in Cancellaria apostolica[j], T‹homas›[1]. Pro domino vicecancellario B‹erardus› Spoletanus[k2].

Lecte fuerunt et publicate suprascripte due[l] regule in Cancellaria apostolica[m], die XXII[n3], et in Audientia litterarum[o] contradictarum, die[p] XXIII[q] iunii[r] anno MCCCCLI[s] pontificatus domini Nicolai pape quinti[t] anno quinto[u4].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *Berardus Eroli de Narnia*
[3] *1451 Juni 22*.
[4] *1451 Juni 23*.

[a] No(ta) regulam *Würzburg 131*
[b] *Firenze 64 folgt* quod
[c] certam valoris *Firenze 64, Würzburg 131* certum valorem
[d] vacaturis *Würzburg 131* valituris
[e] predito *Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131* predicta
[f] illud *Firenze 64, Padova 64, Würzburg 131* aliud

[g] seu - fuerit *fehlt Sevilla 5*
[h] litteras *Würzburg 131* litteris
[i] omnia *Firenze 64* alia
[j] apostolica *fehlt Firenze 64*
[k] Thomas - Spoletanus *fehlt Firenze 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[l] due *fehlt Padova 64, Würzburg 131*
[m] apostolica *fehlt Würzburg 131*
[n] XXII *Würzburg 131* vicesimasecunda
[o] litterarum *fehlt Firenze 64*
[p] die *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[q] XXIII *Würzburg 131* vicesimaquarta mensis
[r] iunii *Sevilla 5* iulii
[s] MCCCCLI *Würzburg 131* etc. L primi
[t] pontificatus - quinti *fehlt Firenze 64, Sevilla 5;* domini - quinti *Padova 64* etc.
[u] quinto *Padova 64* V

## 132.

PROROGATIO DE EXPEDIENDIS LITTERIS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[b] tempus de expediendis litteris successive diversis vicibus pro singulis prorogatum[c] ab illius fine usque ad eius beneplacitum[d] prorogavit.

Placet[e], T‹homas›[1]. F‹ranciscus› Portuensis[f2].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *Franciscus Condulmer*.

[a] Prorogatio - litteris *Sevilla 5(b)*
[b] in - quintus *Firenze 64* etc.
[c] prorogatum *Firenze 64* prorogation(ibus)
[d] *Sevilla 5(a) folgt* pro singulis*; Sevilla 5(b) folgt* pro singulis litteris
[e] Placet *fehlt Sevilla 5(b)*
[f] Thomas - Portuensis *fehlt Firenze 64;* Franciscus Portuensis *fehlt Sevilla 5(a+b)*

## 133.

QUI DICANTUR FAMILIARES CONTINUI[a].

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus[c] Nicolaus papa quintus[d] provide considerans quamplurimos ex speciali sue sanctitatis mandato importunitate petentium in libro Cancellarie inter familiares suos continuos commensales fuisse descriptos, ut in assecutione beneficiorum prerogativis ut[e] descripti familiares potiantur et gaudeant, cum veri familiares continui commensales non existant, XII[f] kalendas octobris pontificatus sui anno quinto[1], statuit et ordinavit eos tantum in assecutione beneficiorum huiusmodi censeri fa-

[1] *1451 September 20*.

miliares continuos commensales, qui veri familiares et in Palatio apostolico continui commensales existunt, quamvis ut tales in libro Cancellarie apostolice[g] descripti seu in litteris apostolicis gratiarum et concessionum nominati vel importunitate petentium describendi vel nominandi ut familiares continui commensales extiterint, etiamsi presenti constitutioni fuerit expresse derogatum, cantoribus, capellanis et clericis in capella sua[h] deservientibus dumtaxat exceptis. F‹ranciscus› Portuensis[i][2].

---

[2] *Franciscus Condulmer*.

---

[a] Qui - continui *Sevilla 5 und zu* Sanctissimus *mit Verweiszeichen am rechten Rand* Declaratio regule „Item declaravit“ fol. XVI *(= Nr. 112)*
[b] in - et *fehlt Padova 64, Sevilla 5*
[c] dominus *fehlt Sevilla 5*
[d] in - quintus *Firenze 64* etc.; quintus *Padova 64* V
[e] ut *Firenze 64* uti
[f] XII *Würzburg 131* undecimo
[g] apostolice *fehlt Würzburg 131*
[h] sua *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[i] Franciscus Portuensis *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*

## 134.

DE FAMILIARIBUS FAMILIARIUM PAPE[a].

Item, eadem die[1], statuit et ordinavit familiarium suorum familiares in libro Cancellarie descriptos eos tantum[b] familiares suos[c] censeri et familiarium suorum descriptorum prerogativis gaudere, qui per annum in Palatio apostolico familiares continui commensales extiterint ac tempore vacationis beneficii existunt, et hii vigore prerogativarum huiusmodi magistris in theologia et in altero iurium doctoribus seu cum rigore examinis licentiatis minime valeant anteferri. F‹ranciscus› Portuensis[d][2].

---

[1] *(1451 September 20)*.
[2] *Franciscus Condulmer*.

---

[a] De - pape *Sevilla 5*
[b] tantum *Firenze 64* tamen
[c] suos *fehlt Sevilla 5*
[d] Franciscus Portuensis *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*

## 135.

REGULA DE HABENTIBUS AD INSTAR[a].

Item, eadem die[1], statuit et ordinavit[b], quod habentes ad instar familiarium suorum seu[c] quorumcumque aliorum prerogativas etiam ex quibusvis facultatibus seu litteris per eum quibusvis personis cuiuscumque status etc.[d] etiam archiepiscopali, episcopali, regali[e], ducali vel alia quavis ecclesiastica seu mundana[f] dignitate preditis[g] concessis seu in posterum concedendis[h] quomodolibet provenientes, etiamsi in illis quevis derogatorie clausule etiam ad concedenda in posterum et, quod ipsis nullo[i] seu nisi[j] sub certo modo et, nisi[k] de illis de verbo ad verbum specialis et expressa mentio[l] fiat, apposite fuerint, derogari non possit, ac etiam absentes a Romana curia pro presentibus ex speciali sibi desuper concesso indulto habiti vel habendi in assecutione beneficiorum nullatenus preferantur eis, qui re vera in dicta curia presentes iuxta formam constitutionis alias per eum desuper edite prerogativis presentium[m] potiuntur et gaudent nec[n] etiam magistris in theologia, in altero iurium doctoribus seu cum rigore examinis licentiatis alias ubilibet constitutis, nisi habentes prerogativas huiusmodi fuerint pariter[o] graduati, etiamsi presenti constitutioni fuerit expresse derogatum, indultis et[p] ordinationibus alias per eum in favorem officialium sedis apostolice et[q] presentium editis in suo robore permansuris.

Placet, quod publicentur[r] in Audientia et describantur[s] in Cancellaria, T‹homas›[2]. F‹ranciscus›[t] Portuensis[u3].

Lecte fuerunt et publicate suprascripte tres regule in Cancellaria apostolica, die quinta[v4], et in Audientia litterarum[w] contradictarum, sexta[x] mensis octobris anno domini MCCCCLI pontificatus sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti anno quinto[y5].

---

[1] *(1451 September 20)*.
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.
[4] *1451 Oktober 5.*
[5] *1451 Oktober 6.*

---

[a] Regula - instar *Sevilla 5 und zu* indulto *mit Verweiszeichen am rechten Rand* Vide „Sanctissimus“ etc. supra folio XX *(= Nr. 130)*
[b] et ordinavit *fehlt Padova 64*
[c] seu *fehlt Firenze 64*
[d] etc. *Sevilla 5* ecclesiastici
[e] regali *Padova 64* reginali
[f] mundana *Firenze 64* mondana
[g] preditis *Sevilla 5* predictis
[h] concessis - concedendis *Sevilla 5* concessas - concedendas
[i] nullo *Würzburg 131* nullum
[j] nisi *Sevilla 5* ubi
[k] nisi *Sevilla 5* ubi
[l] *Würzburg 131 folgt* per
[m] presentium *fehlt Padova 64*
[n] *Würzburg 131 folgt* non
[o] pariter *fehlt Firenze 64*

[p] indultis et *fehlt Würzburg 131*
[q] officialium - et *fehlt Würzburg 131*
[r] quod publicentur *Sevilla 5* et publicetur
[s] describantur *Sevilla 5* describatur
[t] Franciscus *fehlt Padova 64*
[u] Placet - Portuensis *fehlt Würzburg 131;* Franciscus Portuensis *fehlt Sevilla 5*
[v] quinta *Sevilla 5* V
[w] litterarum *fehlt Sevilla 5*
[x] sexta *Sevilla 5* VI
[y] Lecte - quinto *fehlt Firenze 64, Würzburg 131;* anno - quinto *Sevilla 5* MCCCCLI

## 136.

DE DILIGENTIA[a].

Item statuit et ordinavit sanctissimus dominus noster, quod in assecutione beneficiorum vigore specialium reservationum ac mandatorum huiusmodi faciendo priores posterioribus in data omnino preferantur et preferre debeant, etiamsi reservationes et mandata huiusmodi ad dictas dignitates prioribus in data preiudicarent eis, quia posteriores prioribus in assecutione antedicta preferantur, caveretur et nominatim specifice et expresse etc.

Placet, T‹homas›[1].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*

[a] De diligentia *Würzburg 131*

## 137.

REVOCAT OMNES GRATIAS, RESERVATIONIS ETC., QUE AD BENEFICIA IN MENSIBUS ORDINARIORUM VACANTIA SE EXTENDUNT[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Quia plerumque contingit a nobis, ad quem de diversis mundi partibus negotiorum confluit multitudo, ex eo variis obductis curis importunitate petentium constitutionibus per nos salubriter editis ac singularium facultatibus et indultis contraria preter mentem nostram concedere, decens quinimo debitum reputamus sic concessa in irritum revocare, eo potissime, quod in alterius preiudicium tendere[c] dinoscuntur. Idcirco nos omnes et singulas gratias, nominandi seu conferendi facultates ac speciales reservationes et conferendi mandata, que ad beneficia in mensibus, in quibus beneficiorum vacantium collationem ad illorum ordinarios collatores pertinere voluimus, vacantia se extendunt, quibusvis personis quacumque[d] dignitate preditis[e] hactenus per nos concessa, quatenus per ea tacite vel expresse motu proprio sub quibusvis formis et clausulis prefatis[f] constitutioni, facultatibus et indultis quoquo modo

derogatur, que nondum sortita effectum fuerint, nisi[g] ad id[h] expressus ordinariorum consensus accesserit, auctoritate apostolica tenore presentium revocamus, mandantes causarum Palatii apostolici auditoribus ac omnibus et singulis iudicibus ordinariis et delegatis, ne in curia vel extra ex eis aut eorum vigore ius quesitum fore aut queri posse[i] pronuntiare valeant seu beneficium quodvis adiudicare, ac decernentes[j] illas nec non quascumque alias huiusmodi per nos in posterum etiam motu[k] simili et ex certa scientia ac sub quibusvis clausulis, etiamsi presentibus expresse derogaretur, forsitam concedendas gratias, facultates et reservationes nullius existere roboris vel momenti ac irritum et inane, quidquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit[l] attemptari. Volumus autem presentes litteras in libro Cancellarie nostre[m] describi et ad cuiuslibet illas petentis instantiam per Cancellariam in forma „De curia" gratis absque taxatione aliqua expediri ac sumptis[n] dictarum litterarum cum sigillo authentico sancte Romane ecclesie vicecancellarii seu pro tempore Cancellariam regentis gratis[o] exhibito[p] exinde[q] fideliter habitis[r] fidem indubiam ubilibet[s] adhiberi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[t] nostre revocationis, mandati, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptari presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[u] millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo[v], decimo septimo[w] kalendas novembris[x] pontificatus nostri[y] anno quinto[1].

De curia[z].

---

[1] *1451 Oktober 16.*

---

[a] Revocat - extendunt *Sevilla 5 und zu* mandantes *am linken Rand mit Verweiszeichen* Mandat iudicibus, ne pronuntient ex quocumque beneficio fore ius alicui ius quesitum *sowie zu* decernentes *ebenfalls mit Verweiszeichen* Ponit decretum*; BL 2850, VL 6343* Revocatio gratiarum et facultatum conferendi beneficia in mensibus ordinariorum
[b] episcopus - Dei *fehlt Arm. 82; BL 2850, VL 6343, Paris 4172* etc.
[c] tendere *BL 2850* redere*; VL 6343* cedere
[d] quacumque *VL 6343* quantaque
[e] preditis *Sevilla 5* predictis
[f] prefatis *Sevilla 5* prefate
[g] facultatibus - nisi *fehlt Sevilla 5*
[h] id *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* hoc
[i] posse *Arm. 82, Paris 4172* fore
[j] decernentes *Sevilla 5* decernens
[k] *Sevilla 5 folgt* proprio
[l] contigerit *Arm. 82* continget
[m] nostre *fehlt VL 6343*
[n] sumptis *Arm. 82* asumptis
[o] gratis *fehlt Sevilla 5*
[p] exhibito *VL 6343* exhibite
[q] exinde *Sevilla 5* inde
[r] habitis *fehlt BL 2850, VL 6343*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[s] indubiam ubilibet *Sevilla 5* induti videlicet
[t] ergo omnino homini liceat hanc paginam *VL 6343* etc.
[u] incarnationis dominice *VL 6343* anno domini
[v] anno - primo *fehlt BL 2850;* millesimo - primo *Arm. 82, Paris 4172* 1451*; VL 6343, Sevilla 5* MCCCCLI
[w] decimo septimo *Arm. 82, Paris 4172* 17*; Sevilla 5* XVII
[x] novembris *Sevilla 5* septembris
[y] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343*
[z] De curia *fehlt Sevilla 5*

## 138.

QUOD NULLA GRATIA NEC RESERVATIO AD DIGNITATES MAIORES POST PONTIFICALES SEU PRINCIPALES IN COLLEGIATAS SE EXTENDAT[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Dudum felicis recordationis Benedicti[c] XII et aliorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum inherendo vestigiis similes ipsius Benedicti predecessoris dignitatum et aliorum beneficiorum generales reservationes[1] fecimus ac statuimus et ordinavimus[d], quod nulle de dignitatibus et beneficiis primo vacaturis[e] gratie, speciales reservationes, conferendi mandata, nominandi facultates etiam motu proprio ex certa scientia sub quibusvis formis et expressionibus verborum quibuscumque clausulis per nos quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus[f] vel conditionis forent - venerabilibus fratribus[g] sancte Romane ecclesie cardinalibus dumtaxat exceptis -, hactenus concessa et in posterum concedenda ad dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis principales se extenderent, decernentes irritum et inane, si secus fieri contingeret, prout in constitutionibus nostris desuper editis latius continetur. Cum autem nonnulli cupiditate ducti gratias, reservationes, nominandi facultates et de conferendo mandata ad generaliter reservata etiam cum derogatione constitutionum predictarum motu proprio exquisitis coloribus obtinuerint et cotidie[h] importune petere non desistant, nos volentes, quod constitutiones predicte firmiter observentur, omnes et singulas litteras apostolicas, per quas dignitates et beneficia huiusmodi primo vel secundo aut postmodum vel aliter vacatura seu que nominate vel nominande persone duxerint acceptanda, etiam motu proprio et ex certa scientia[i] specialiter reservantur ac de illis, cum vacaverint, provideri mandatur, etiam[j] per quas[k] prefatis constitutionibus motu simili derogatur[l], que[m] nondum suum effectum sortite fuerint, auctoritate apostolica ex certa scientia tenore presentium[n] revocamus, decernentes[o] illis nec non aliis huiusmodi conficiendis litteris quoad generaliter reservata, etiamsi in eis tenore presentium fuerit motu simili derogatum, nullam fidem adhibendam fore seu ad-

[1] *Vgl. Benedikt XII. Nr. 35B.*

hiberi debere ac irritum et inane, quidquid secus a quoquam quavis auctoritate[p] contigerit attemptari. Volumus tamen, quod, si gratie, facultates, reservationes et mandata concessa predicta ad generaliter reservata[q] se dumtaxat extenderent, ne[r] alias hiis, quibus concessa sunt[s], infructuosa reddantur, ad non reservata generaliter beneficia se extendant in omnibus et per omnia, ac si in illis de non reservatis beneficiis huiusmodi specifica[t] et expressa mentio facta fuisset, mandantes presentes litteras in libro Cancellarie nostre describi et ad cuiuslibet illas petentis instantiam per Cancellariam in forma „De curia“ gratis absque taxatione alia[u] expediri, transsumptis[v] dictarum litterarum cum sigillo authentico sancte[w] Romane ecclesie vicecancellarii[x] seu Cancellariam pro tempore regentis gratis exhibito exinde habitis fidem indubiam in iudiciis ubilibet adhiberi. Nulli ergo etc. nostre revocationis, constitutionis, voluntatis et mandati infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[y] millesimo quadingentesimo quinquagesimo primo[z], pridie idus octobris pontificatus nostri anno quinto[2].

[2] *1451 Oktober 14.*

[a] Quod - extendat *Sevilla 5 und zu* Cum autem *mit Verweiszeichen am linken Rand* Revocat gratias et facultates etc., quatinus se ad beneficia generaliter reservata se extendunt. Vide tamen r(egulam) *sowie zu* Volumus tamen *ebenfalls mit Verweiszeichen* Limitat supradicta*; BL 2850, VL 6343* Revocatio gratiarum expectativarum ad beneficia reservata
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* etc.
[c] Benedicti *BL 2850* Benedictus
[d] ordinavimus *BL 2850, VL 6343* ordinamus
[e] vacaturis *BL 2850, VL 6343* vacature
[f] gradus *fehlt Sevilla 5*
[g] fratribus *fehlt Sevilla 5*
[h] cotidie *BL 2850, VL 6343* continue
[i] *BL 2850 folgt* tenore presentium
[j] etiam *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* etiamsi
[k] quas *BL 2850* eas*; VL 6343* quas *zu* eas *verbessert*
[l] derogatur *BL 2850, VL 6343* derogetur
[m] que *Sevilla 5* quod
[n] tenore presentium *fehlt BL 2850*
[o] decernentes *Sevilla 5* decernendo
[p] quavis auctoritate *fehlt Sevilla 5*
[q] reservata *Arm. 82* observata*; BL 2850, VL 6343 folgt* generaliter beneficia
[r] ne *BL 2850* vel
[s] alias - sunt *Sevilla 5* quibus alias huiusmodi concessa
[t] specifica *Arm. 82* specificata*; Sevilla 5* expecifica
[u] alia *BL 2850, VL 6343* aliqua
[v] transsumptis *VL 6343* transsumpto*; Sevilla 5* et sumptum
[w] sancte *fehlt VL 6343*
[x] vicecancellarii *Sevilla 5* vicecancellario
[y] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[z] millesimo - primo *Arm. 82, Paris 4172* 1451*; BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* MCCCCLI

**139.**

QUOD TENENTES CONCUBINAS ILLAS DIMITTANT INFRA TERMINUM NOVEM DIERUM[a].

| *Alle anderen Textzeugen.* | *Sevilla 5.* |
|---|---|

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Si diligenter attendimus vitia singula, que in conspectu populi decus vilescere faciunt clericale, et quam odibilis sit incestus[c] in clero, crimen[d] incestus huiusmodi, quod plerique propter illius impunitatem sibi blandiuntur[e] minime verecundum, immo quasi non fore peccatum, non immerito cohibere[f] compellimur et presertim eo propensius in curia nostra, quo[g] illud ibidem videtur scandalosius[h] et ab[i] aliis[j] perniciosius trahitur in exemplum. Hinc est, quod nos presentis constitutionis edicto universis et singulis sedis apostolice officialibus nec non quevis Romane curie officia exercentibus, etiamsi ratione officiorum huiusmodi ipsius sedis officiales non censeantur, et aliis quibuscumque clericis eandem curiam sequentibus districtius inhibemus, ne quisquam ex eis concubinam publice in domo sua aut alibi, ut[k] illius turpi commercio liberius utatur, seu quamcumque mulierem ad aliorum[l] turpem usum, ut de illius peccatis vivat aut turpis mercedis partem percipiat, deinceps tenere presumat, statuentes et auctoritate apostolica presentium serie[m] decernentes, quod, quicumque concubinam aliquam notorie vel ad turpem aliorum usum huiusmodi quamcumque mulierem impresentiarum tenuerit[n], nisi post presentium publicationem in valvis basilice principis apostolorum de Urbe et in Cancellaria nostra faciendam[o], quam etiam vim habere volumus monitionis peremptorie, infra novem dies ab huiusmodi excessu realiter et cum effectu destiterit ac[p] concubinam seu mulierem ipsam penitus et omnino dimiserit, quodque, quisquis in antea concubinam vel mulierem talem tenere presumpserit, omnibus beneficiis suis ecclesiasticis nec non, que in dicta curia obtinent vel exercent, officiis sint ipso facto privati illaque ex tunc possint per quoscumque alios libere impetrari iidemque privati nec non, quicumque alii concubinas et mulieres huiusmodi contra presentem prohibitionem tenere presumentes[q] inhabiles censeantur ad beneficia obtinenda et in dicta curia officia[r] huiusmodi exercenda nec illorum capaces efficiantur, nisi inhabilitatem suam[s] antea per dicte sedis litteras obtinuerint aboleri, et interim per eos in predictis gesta habeantur pro infectis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis, statuti, constitutionis et volutatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[t] mille-

simo quadringentesimo quinquagesimo secundo[u], decimo[v] kalendas octobris pontificatus nostri anno sexto[1].

De Curia.

Io. de Collis[w2].

| | |
|---|---|
| MCCCCLII[x], indictione XV, pontificatus sanctissimi domini nostri[y] Nicolai pape V[z] anno sexto, die vero secunda mensis octobris[3], bulla suprascripta[aa] affixa fuit et publicata[bb] in valvis basilice[cc] principis apostolorum de Urbe per Iohannem Balistarii[4] cursorem et[dd], die tertia eiusdem mensis[5], in Cancellaria apostolica. | Publicata Rome in basilica sancti Petri, die secunda mensis octobris, et in Cancellaria apostolica, tertia eiusdem mensis anno et pontificatus quibus supra. |

[1] *1452 September 22.*
[2] *Io. de Collis*.
[3] *1452 Oktober 2.*
[4] *Johannes Balistarii*.
[5] *1452 Oktober 3.*

[a] Quod - dierum *BL 2850, VL 6343; Arm. 82, BL 2825* Contra concubinarios*;* De concubinariis *Sevilla 5*
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.*;* servus - Dei *Sevilla 5* etc.
[c] incestus *Sevilla 5* excessus
[d] crimen *BL 2850* criminem; *VL 6343* crimine
[e] sibi blandiuntur *BL 2850, VL 6343* sublandiuntur
[f] cohibere *Sevilla 5* prohibere
[g] quo *BL 2850* quod
[h] scandalosius *BL 2850, VL 6343* scandalo suis
[i] ab *fehlt BL 2850*
[j] aliis *Sevilla 5* illis
[k] ut *BL 2850, VL 6343* aut
[l] aliorum *Arm. 82, Paris 4172* illorum
[m] serie *fehlt Sevilla 5*
[n] tenuerit *Sevilla 5* temerit
[o] faciendam *Sevilla 5 Lücke von 3,5 cm*
[p] ac *Sevilla 5* aut
[q] presumentes *Sevilla 5* presumpserint et
[r] in dicta - officia *fehlt Sevilla 5*
[s] suam *Sevilla 5* in*; BL 2850 folgt* in
[t] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[u] incarnationis - secundo *Paris 4172* 1452*;* millesimo - secundo *BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* MCCCCLII
[v] decimo *VL 6343, Sevilla 5* X
[w] De Curia / Io. de Collis *fehlt Sevilla 5*
[x] MCCCCLII *Arm. 82* Millesimo quadringentesimo LII*; Paris 4172* Millesimo CCC LII
[y] nostri *fehlt BL 2825*
[z] quinti *Arm. 82, BL 2850* quinti
[aa] *BL 2850 folgt* apposita et
[bb] et publicata *fehlt BL 2850;* publicata *VL 6343* apposita
[cc] basilice *fehlt BL 2850*
[dd] et *Paris 4172* a

## Regule anni V[a]

[a] Regule - V *Sevilla 5*

## 140.

De alternativis[a].

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus Nicolaus divina providentia[c] papa quintus[d] attente considerans, quod alias in favorem prelatorum et[e] ordinariorum collatorum super conferendis per eos beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem pertinentibus, que in mensibus martii, iunii, septembris et decembris vacare contigerit, quandam edidit constitutionem[1] ac deinde nonnullis[f] ex ipsis prelatis seu collatoribus conferendi beneficia huiusmodi[g] in sex alternatim[h] mensibus vacantia per litteras speciales concessit facultatem quodque quamplurimi ex eis in preiudicium expectantium et elusionem gratiarum apostolicarum diversimode[i] facultate et litteris abutuntur, intendens fraudibus et malitiis huiusmodi obviare, quintodecimo[j] kalendas martii pontificatus sui anno quinto[k2], statuit et ordinavit, quod omnes et singule huiusmodi facultatum[l] littere etiam motu proprio et ex certa scientia per eum concesse et in posterum concedende ad februarii, aprilis, iunii, augusti, octobris et decembris menses[m] tantummodo se extendant, ita quod ex mensibus anni primus cedat expectantibus et secundus ordinariis collatoribus et deinceps successive, etiamsi ad alios[n] menses littere fuerint desuper expedite, quodque ordinarii collatores huiusmodi facultatum litteris de cetero uti nequeant, nisi illas in eorum ecclesiis cathedralibus diebus dominicis aut festivis, dum inibi maior populi multitudo convenerit ad divina, infra missarum sollemnia sollemniter semel[o] coram testibus et notario fecerint publicari, alioquin littere predicte ante publicationem huiusmodi quoad ipsarum effectum ac collationes et provisones[p] earundem[q] pretextu habite nullius sint roboris vel momenti. F‹ranciscus› Portuensis[r3].

[1] *Vgl. Nr. 94*.
[2] *1452 Februar 15*.
[3] *Franciscus Condulmer*.

[a] De alternativis *Sevilla 5*
[b] in - et *fehlt Würzburg 131*
[c] divina providentia *fehlt Sevilla 5, Würzburg 131*
[d] in - quintus *Firenze 64* etc.
[e] *Sevilla 5 folgt* aliorum
[f] nonnullis *Firenze 64* nonnulli
[g] huiusmodi *fehlt Firenze 64*

[h] alternatim *Sevilla 5* alternative
[i] diversimode *fehlt Würzburg 131*
[j] quintodecimo *Padova 64, Sevilla 5* XV
[k] quinto *Padova 64* V
[l] facultatum *Padova 64* facultates
[m] menses *Firenze 64* mensibus
[n] alios *Würzburg 131* illos
[o] semel *fehlt Würzburg 131; Firenze 64* vel
[p] collationes et provisones *Firenze 64* collationis et provisonis
[q] earundem *Sevilla 5* eorundem
[r] Franciscus Portuensis *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*

**141.**

Item prefatus sanctissimus dominus noster statuit et ordinavit, quod omnes et singule concessiones et littere etiam motu proprio et ex certa scientia, etiamsi per viam inhibitionis et statuti quibusvis personis, cuiuscumque status aut[a] dignitatis extiterint, etiamsi regali, reginali, archiepiscopali aut episcopali prefulgeant dignitate, per eum edite seu[b] concesse et in posterum edende seu concedende, per quas expectativarum, specialium reservationum seu alias gratiarum beneficialium effectus in genere in quibusvis provinciis, diocesibus et ecclesiis quomodolibet impeditur, in ipsorum locorum cathedralibus ecclesiis coram testibus et notario, qui copiam facultatis petentibus concedere teneatur, sollemniter publicentur, alioquin decrevit concessiones et litteras predictas ante publicationem ipsarum quoad effectum huiusmodi nullius existere[c] roboris vel momenti nec debere secundum ea in iudiciis iudicari.

Placet, publicentur in Audientia et describantur[d] in Cancellaria, T‹homas›[e1].

Lecte fuerunt et publicate due[f] suprascripte regule seu constitutiones in Cancellaria apostolica[g], die XIX[h2], et in Audientia litterarum[i] contradictarum, XXIIII[j] mensis februarii anno domini[k] MCCCCLII[l] pontificatus sanctissimi[m] domini nostri[n] Nicolai pape V[o] anno quinto[p3].

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *1452 Februar 19*.
[3] *1452 Februar 24*.

[a] aut *fehlt Firenze 64*
[b] edite seu *fehlt Würzburg 131*
[c] existere *fehlt Firenze 64, Padova 64; Sevilla 5* sint
[d] publicentur - describantur *Sevilla 5* publicetur - describatur
[e] Thomas *fehlt Firenze 64*
[f] *Würzburg 131 folgt* immediate
[g] seu - apostolica *fehlt Würzburg 131*
[h] XIX *Würzburg 131* XVIII
[i] litterarum *fehlt Würzburg 131*
[j] XXIIII *Sevilla 5* XXIII
[k] anno domini *fehlt Firenze 64*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[l] MCCCLII *Würzburg 131* etc. secundo
[m] sanctissimi *fehlt Würzburg 131*
[n] sanctissimi - nostri *Firenze 64* etc.
[o] Nicolai - V *fehlt Firenze 64, Würzburg 131*
[p] Lecte - quinto *fehlt Padova 64*

**142.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa V[a], ne obtentu confirmationum[b] electionum seu alias provisionum et collationum de monasteriis et dignitatibus et ecclesiasticis beneficiis vel officiis, quorum dispositio fuerit sedi apostolice reservata, ac etiam de aliis et in quibus non obstant(ia)[c] beneficiorum, que obtinent vel expectant, et illorum valor annuus non fuerint expressa[d], que per legatos sedis apostolice ex legationis officio non ex speciali facultate sibi per dominum nostrum concessa, de qua legitime constet, facte fuerint cuiquam, occasio tribuatur sic concessis et habitis indebite incumbendi et ea sine canonico titulo detinendi, quintodecimo[e] kalendas martii pontificatus sui anno quinto[f1], statuit et decrevit, quod omnes et singule confirmationes[g] et provisiones huiusmodi ac alie, que non expressis beneficiis, que obtinent et expectant ac in quibus ius competit, ut prefertur, a legatis apostolice sedis sui pontificatus tempore emanarunt vel emanarint in futuro, quamvis in litteris desuper habitis ab eis contineatur, quod beneficia et ipsorum valor pro expressis habeantur, nullius censeri debeant roboris vel momenti.

Placet et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, T‹homas›[2]. Datum Rome apud Sanctum Petrum, XV kalendas martii anno quinto[h3].

Lecta in Audientia contradictarum, die XVI martii MCCCCLII, anno quinto[4], et in Cancellaria, XVIII eiusdem ‹mensis›[i5].

[1] *1452 Februar 15*.
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *1452 Februar 15*.
[4] *1452 März 16*.
[5] *1452 März 28*.

[a] in - V *Firenze 64* etc.
[b] confirmationum *Firenze 64* confectionum
[c] obstant(ia) *Padova 64* obstan(t)e
[d] expressa *Padova 64* expresse
[e] quintodecimo *Firenze 64* XV
[f] quinto *Padova 64* V
[g] confirmationes *Firenze 64* constitutiones
[h] Placet - quinto *fehlt Padova 64*
[i] Lecta - mensis *fehlt Padova 64*

## 143.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa V[a], qui dudum prelatis et aliis personis ecclesiasticis, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio[b] seu quevis alia dispositio pertinebat, de dignitatibus et beneficiis huiumodi, que ex tunc per quinquennium in singulis martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit, libere disponendi cum decreto irritante sub certa forma facultatem concessit[c1], attendens, quod ipsius quinquennii finis instare dinoscitur seque gratiosum dictis prelatis et personis exhibere volens videlicet, idus iunii pontificatus sui anno sexto[2], prefatum[d] quinquennium ab eius fine sub forma et cum[e] decreto similibus ad aliud quinquennium prorogavit.

Placet, quod concessio continuetur ad aliud quinquennium, T‹homas›[3]. F‹ranciscus› Portuensis[4].

---

[1] *Vgl. Nr. 94*.
[2] *1452 Juni 13*.
[3] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[4] *FrancisLcus Condulmer*.

---

[a] in - V *Firenze 64* etc.
[b] presentatio *fehlt Padova 64*
[c] concessit *fehlt Padova 64*
[d] prefatum *fehlt Padova 64*
[e] cum *fehlt Padova 64*

---

## 144.

Sanctissimus dominus noster[a], ne quis in fraudem obtentu unionum[b] beneficiorum ecclesiasticorum, que per eum seu eius auctoritate facte fuerint[c], pluralitatem sibi incompatibilium vendicet, octava[d] kalendas decembris anno sexto[e1], statuit et ordinavit, quod, si que[f] in favorem etiam eorum, cum quibus[g] super incompatibilibus beneficiis insimul obtintendis per sedem apostolicam fuerit dispensatum, uniones de quibusvis beneficiis cum hiis, que obtinent aut expectant aut in quibus seu ad que ius eis competit, incompatibilibus seu e converso aut de illis insimul ad vitam durature[h] per ipsum dominum nostrum facte sint aut in posterum fieri continget, beneficia huiusmodi sic unita in numerum cedant incompatibili-

---

[1] *1452 November 24*.

um et eorum etiam, ad que insimul[i] obtinenda dispensationes pro tempore concesse se extendunt, et alias tot incompatibilia censeantur, quot ante uniones huiusmodi extiterant.

Placet et publicetur in Audientia et describatur in libro Cancellarie, T‹homas›[2]. F‹ranciscus› Portuensis[j3].

Lecta in Audientia contradictarum, die XXVII novembris MCCCCLII, et, eadem die, in Cancellaria apostolica, anno sexto[k4].

---

[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Franciscus Condulmer*.
[4] *1452 November 27*.

---

[a] dominus noster *Firenze 64* etc.
[b] unionum *fehlt Padova 64*
[c] facte fuerint *Firenze 64* fecerint
[d] octava *Padova 64* VIII
[e] sexto *Padova 64* VI
[f] que *fehlt Padova 64*
[g] quibus *Firenze 64* quibusvis
[h] durature *Firenze 64* durante
[i] insimul *firenze 64* simul
[j] Placet - Portuensis *fehlt Padova 64*
[k] Lecta - sexto *fehlt Padova 64*

## Constitutiones felicis recordationis Martini innovate per dominum Nicolaum papam quintum[a]

---

[a] Constitutiones – papam quintum *Padova 64; Firenze 64* Constitutiones felicis recordationis Martini innovate per Nicolaum

### 145.

QUOD NON LICET APPELLARE ANTE DIFFINITIVAM, NISI AB INTERLOCUTORIA, QUE HABEAT VIM DIFFINITIVE, VEL A GRAVAMINE CONCERNENTE NEGOTIUM PRINCIPALE ETC.[a]

Sanctissimus dominus noster[b], ut litibus finis celerius imponatur et litigantium parcatur sumptibus et expensis, suorum predecessorum constitutionibus et statutis inherendo, kalendis novembris pontificatus sui anno sexto[c1], statuit et ordinavit, quod in[d] causis in Romana curia pendentibus, et quas in posterum in ea quovis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitivam[e] sententiam liceat appellare nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, que[f] vim habeat[g] diffinitive[h], vel[i] a gravamine concernente negotium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiva[j] sententia reparari, nulleque cau-

---

[1] *1452 November 1*.

se appellationum huiusmodi committantur, nisi in commissione huiusmodi[k] exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitive habeat[l] vel gravamen tale[m], quod in[n] appellatione a diffinitiva non valeat reparari, alioquin appellationes et commissiones[o] in posterum et, quidquid inde secutum fuerit, sint nullius roboris vel momenti, commissionibus appellationum iam iudicibus presentatis et exhibitis in[p] suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententiis secundo vel ulterius[q] ab eisdem non liceat appellare. Appellantes[r] vero et appellationes[s] etiam ab interlocutoriis et gravaminibus huiusmodi suo vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas et damna, ad que resarcienda de iure condemnatus compellitur, XX florenorum auri pena multe‹n›tur[2]. F‹ranciscus› Portuensis[t3].

[2] *Vgl. dazu Martin V. OT 130 und 138.*
[3] *Franciscus Condulmer.*

[a] Quod - etc. *Sevilla 5 und zu* nulleque *mit Verweiszeichen am linken Rand* Quid debet exprimi in commissione super appellatione
[b] dominus noster *Firenze 64* etc.
[c] sexto *Padova 64* VI
[d] in *fehlt Padova 64*
[e] diffinitivam *Firenze 64* dictam
[f] que *fehlt Padova 64*
[g] habeat *fehlt Padova 64*
[h] *Padova 64 folgt* sententie
[i] vel *fehlt Padova 64*
[j] diffinitiva *Firenze 64* dicta
[k] huiusmodi *fehlt Sevilla 5*
[l] habeat *fehlt Sevilla 5*
[m] tale *Firenze 64* ac clausule*; Padova 64* ac talem
[n] in *fehlt Firenze 64*
[o] *Firenze 64 folgt* huiusmodi
[p] in *fehlt Padova 64*
[q] ulterius *Sevilla 5* tertio
[r] appellantes *Firenze 64* appellationes
[s] vero - appellationes *fehlt Padova 64*
[t] Franciscus Portuensis *fehlt Padova 64*

## 146.

NON VALET COMMISSIO ETIAM CONSISTORIALIS POST CONCLUSIONEM FACTA, NISI EIDEM EXPRESSE DEROGETUR[a].

Item statuit et ordinavit, quod in commissionibus de iustitia[b] etiam consistorialibus per eum seu de eius mandato vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, in posterum concedendis, etiamsi in eis de conclusione huiusmodi implicite vel explicite[c] mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis[d] huiusmodi conclusioni derogetur expresse[1].

[1] *Vgl. Martin V. OT 160.*

Placet et publicentur in Audientia et describa‹n›tur in Cancellaria. F‹ranciscus› Portuensis[e2].

Lecte fuerunt in Cancellaria apostolica suprascripte due regule, quinta mensis decembris MCCCCLII pontificatus anno sexto[3], et in Audientia, die nona mensis decembris MCCCCLII pontificatus etc. anno sexto[4]. An‹tonius› de Stroziis locumtenens[f5].

---

[2] *Franciscus Condulmer*.
[3] *1452 Dezember 5*.
[4] *1452 Dezember 9*.
[5] *Antonius de Strozzis.*

---

[a] Non - derogetur *Sevilla 5*
[b] de iustitia *fehlt Padova 64*
[c] vel explicite *fehlt Sevilla 5*
[d] commissionis *Sevilla 5* commissione
[e] Placet - Portuensis *fehlt Padova 64, Sevilla 5*
[f] Lecte - locumtenens *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

---

**147.**

Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa V[a] provide considerans, quod[b] ex collationibus, provisionibus et commendis de dignitatibus in cathedralibus post pontificales maioribus seu in collegiatis ecclesiis principalibus et etiam, ratione quarum illas pro tempore obtinentes capitulis ipsarum ecclesiarum presidere ac directionem divini cultus et animarum curam in eis regere tenentur, per sedem apostolicam seu illius concessionem seu dispensationem vel alias in minori etate constitutis factis quamplura[c] dignitatibus huiusmodi et illarum ecclesiis in spiritualibus et temporalibus proveniunt detrimenta et scandala deducunt in populis, kalendis februarii pontificatus sui anno sexto[d1], omnes et singulas concessiones, provisiones, commendas, dispensationes et litteras etiam motu proprio et ex certa scientia sub quibusvis verborum formis et expressionibus per eundem sanctissimum dominum nostrum[e] concessas, que effectum sortite nondum fuerint quoad ipsarum dignitatum pacificam possessionem, propter[f] importunitatem petentium presertim nobilium et illustrium ad almam Urbem ad visitandum limina apostolorum et apostolicam sedem in anno iubilei seu ex post sepius etiam confluentium, quibus sedem ipsam exhibere se oportuit gratiosam, seu preter illius mentem ab eo prodientes[g] quoad eos, qui dicta die in decimo octavo[h] sue etatis anno constituti non fuerint, cassavit et revocavit illasque et alias, si quas forsan in posterum per eundem etiam cum expressa presen-

tium derogatione[i] minoribus decem et octo[j] annis fieri seu concedi contigerit, nullius decrevit esse roboris vel momenti, aliis quoad eos[k], qui in XVIII vel ultra[l] sue etatis anno constituti sunt, in[m] suo robore permansuris.

Placet, quod publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria[n].

Lecta in Cancellaria apostolica, die VI februarii MCCCCLIII, pontificatus anno sexto[2], et in Audientia contradictarum, VII februarii MCCCCLIII[3], B‹aptista› de Albertis[o4].

---

[1] *1453 Februar 1*.
[2] *1453 Februar 6*.
[3] *1453 Februar 7*.
[4] *Baptista de Albertis.*

---

[a] dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa V *Firenze 64* etc.
[b] quod *fehlt Padova 64*
[c] quamplura *Padova 64* quamplurima
[d] sexto *Padova 64* VI
[e] eundem - nostrum *Padova 64* eandem sanctitatem
[f] propter *Firenze 64* cum ad
[g] prodientes *Firenze 64* prodientum
[h] decimo octavo *Firenze 64* XVIII
[i] cum expressa - derogatione *Padova 64* per expressam - derogationem
[j] decem et octo *Padova 64* XVIII
[k] aliis quoad eos *Padova 64* aliisque quoque ad
[l] ultra *Padova 64* circa
[m] in *fehlt Padova 64*
[n] Placet - Cancellaria *fehlt Padova 64*
[o] Lecta - Albertis *fehlt Padova 64*

## 148.

Sanctissimus etc., secundo nonas martii pontificatus sui anno sexto[1], ex certis rationabilibus causis ad id animum suum moventibus reservavit generaliter dispositioni sue omnes conventuales seu generales aliaque prioratus, prepposituras, preceptorias, balivias[a] seu commendas, dignitates, administrationes, officia, beneficia, hospitalia et loca, quarumque nomine censeantur, cum cura et sine cura, ac cuiuscumque qualitatis existant, ordinis sancti Augustini a monasterio sancti Antonii Viennensis diocesis[2] dependentes seu per ipsius monasterii canonicos obtineri solitos[b] et hospitalis sancti Iohannis Ierosolomitanis in Italie partibus ubilibet consistentes vacantes[c] vel in posterum vacaturos ac decrevit irritum etc.

---

[1] *1453 März 6*.
[2] *St-Antoine-en-Viennois, Dép. Isère, Frankreich.*

---

[a] balivias *Firenze 64* banilias *(!)*
[b] solitos *Firenze 64* solitis
[c] *Firenze 64 folgt* sunt

## Expectative de anno VII[a]

[a] Expectative - VII *Padova 64; Sevilla 5* Anno VII

### 149.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[a] suorum predecessorum vestigiis inherendo intendens in[b] sui pontificatus anno septimo[1] novas gratias[c] expectativas presertim in favorem pauperum clericorum concedere, pro[d] illarum et aliarum gratiarum per eum hactenus concessarum ordinem[e] dirigendo instituit[f] constitutiones et regulas[g] subsequentes.

[1] *1453 März 19 - 1454 März 18.*

[a] in - quintus *Firenze 64* etc.; quintus *Padova 64, Sevilla 5* V
[b] in *fehlt Sevilla 5*
[c] gratias *fehlt Firenze 64*
[d] pro *Firenze 64* per
[e] ordinem *Padova 64, Sevilla 5* ordine
[f] instituit *Würzburg 131* constituit
[g] regulas *Firenze 64* litteras

### 150.

QUOD EXPECTATIVE EXPEDIANTUR SUB DATA VII KALENDAS AUGUSTI[a].

In primis statuit et ordinavit omnes et singulas expectativas in posterum concedendas[b] quibusvis etiam pauperibus clericis et aliis quavis dignitate preditis seu alias prerogativatis[c] expediri sub data septimo[d] kalendas augusti pontificatus sui anno septimo[e1], et in illarum expeditione litterarum servari mandat omnes et singulas constitutiones et regulas[f] anno primo sui pontificatus editas, in quantum tamen sequentibus[g] non contradicant.

[1] *1453 Juli 26*.

[a] Quod - augusti *Sevilla 5*
[b] concedendas *Sevilla 7* incedendas
[c] prerogativatis *Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131* prerogativas
[d] septimo *Padova 64, Würzburg 131* VII
[e] septimo *Padova 64* VII
[f] *Sevilla 5 folgt* de
[g] sequentibus *Sevilla 7* presentibus

### 151.

DE PAUPERIBUS CLERICIS[a].

Item in favorem pauperum clericorum statuit et ordinavit, quod pauperibus clericis beneficiandis gratie in communi forma pauperum sub modis et formis, quibus eas anno primo pontificatus sui concedi voluit, ad unum beneficium dumtaxat extra cathedralem ecclesiam et ad duas collationes cum clausula „Communiter vel divisim“ pro quolibet concedantur, dum tamen fructus[b] beneficii huiusmodi, si cum cura, XXV, si sine cura, XX florenorum auri de Camera[c] secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, ac decrevit, quod pauperes ipsi in assecutione beneficiorum huiusmodi vigore dictarum gratiarum omnibus etiam nobilibus, graduatis seu alias qualificatis aut prerogativatis[d] in pari seu potiori vel posteriori data speciales reservationes, nominationes, expectativas seu illarum revalidationes vel extensiones habentibus preferantur.

---

[a] De - clericis *Sevilla 5*
[b] fructus *fehlt Sevilla 7*
[c] de Camera *fehlt Sevilla 5, Sevilla 7, Würzburg 131*
[d] prerogativatis *Padova 64* prerogativas

## 152.

QUOD NOMINANDI ET CONFERENDI FACULTATES AD NON RESERVATA, EXPECTATIVE ETC. PRO REGULARIBUS AD UNUM IN TITULUM, PRO ALIIS AD DUO BENEFICIA NON RESERVATA SINT VALIDE ET AD DUAS COLLATIONES, UT IN REGULA[a].

Item, quoniam[b] importunitate petentium et aliis forsan causis mentem suam[c] moventibus quamplures expectative[d] de anno primo, reservationes, revalidationes[e] et gratie etiam[f] sub data currenti ad plures collationes et plura beneficia etiam reservata non habita consideratione valorum, reddituum et personarum expedite ac nominandi et conferendi facultates ad[g] reservata concesse reperiuntur, voluit et ordinavit, quod omnes et singule nominandi et conferendi facultates[h] ad non reservata[i], expectative, reservationes, revalidationes[j], extensiones huiusmodi pro regularibus ad unum in titulum, pro aliis ad duo beneficia non reservata sint valide et ad duas collationes, si in Romana curia presentes in Cancellaria apostolica publice[k] coram notario ad hoc deputando infra mensem, si absentes infra tres menses a die publicationis huiusmodi computandos eas elegerint et eo modo, quo acceptationes et provisiones vigore gratiarum huiusmodi pro tempore factas publicari volumus, iidem absentes electiones huiusmodi publicaverint et quoad hoc tantum sortiantur effectum sintque pro religiosis per unius et pro aliis per duorum beneficiorum huiusmodi assecutionem iam factam vel in posterum faciendam consumpte, annullatis[l] clausulis, si que sint, facultates et[m] gratias huiusmodi extendentes seu aliter impinguantes[n] aut alias appo-

ni[o] insolite contra regulas prefatas, etiamsi fuerit eis[p] expresse derogatum, in aliis vero sint nullius roboris vel momenti.

[a] Quod - regula *Sevilla 5 und zu ad reservata mit Verweiszeichen am Rand* Vide supra „Sanctissimus“ etc. fol. XVIII anno IIII *(=* *Nr. 121) sowie zu* sintque *ebenfalls mit Verweiszeichen* Nota de consumptione*; Würzburg 131* Electio collationis
[b] quoniam *fehlt Padova 64; Sevilla 7, Würzburg 131* quod
[c] mentem suam *Sevilla 7, Würzburg 131* animum suum
[d] expectative *Sevilla 5* expectativas
[e] revalidationes *fehlt Padova 64*
[f] etiam *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131*
[g] *Firenze 64 folgt* non
[h] facultates *fehlt Padova 64*
[i] *Firenze 64 folgt* dumtaxat se extendant
[j] revalidationes *fehlt Padova 64*
[k] publice *fehlt Sevilla 5*
[l] annullatis *Sevilla 5, Würzburg 131* annullate
[m] et *Würzburg 131* ad
[n] impinguantes *Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131* impugnantes
[o] apponi *Sevilla 7* appositioni
[p] eis *fehlt Sevilla 5*

## 153.

PREROGATIVE GRADUATORUM ET ALIORUM HABENTIUM QUALITATES, DE QUIBUS HIC[a].

Item statuit et ordinavit, quod in assecutione beneficiorum fienda in cathedralibus et metropolitanis ecclesiis canonicatuum et prebendarum, dignitatum, personatuum, administrationum vel officiorum tam vigore gratiarum, reservationum, extensionum, revalidationum, nominationum sub dat(a) pontificatus sui anno primo[1] vel alias ex tunc usque ad huiusmodi annum septimum[2] exclusive quomodolibet concessarum, si super illis littere expedite et processus iuxta morem per executores fulminati fuerint, quam sub data predicta[b] septimi et[c] ex tunc[d] in antea quomodolibet concedendarum illustris preferatur non illustri, magister[e] aut doctor in theologia seu in altero iurium vel[f] utroque non magistro seu non doctori, licentiatus cum rigore examinis non licentiato[g], baccalarius in theologia formatus non baccalario, baccalarius in altero iurium, qui secundum statuta studiorum[h], in quibus censetur esse gradus[i], ante baccalariatum[j] tribus annis ad audiendum[k] intraverit, alteri non baccalario, militaris non militari et ex hiis[l], qui ex ducibus vel marchionibus immediate geniti fuerint, etiam in locis, ubi non nominantur illustres, ita ut dux non duci, marchio non marchioni, comes ceteris omnibus in assecutione huiusmodi preferantur. In assecutione vero parochialium ecclesiarum habentium communi extimatione in partibus ultramontanis ad minus mille, citramontanis[m] quingentos seu plures communicantes doctores, licentiati, bac-

[1] *1447 März 19 – 1448 März 18*.

calarii formati vel[n] in altero iurium huiusmodi quibusvis aliis preferantur, non obstantibus quibusvis prerogativis aut antelationibus[o], statutis, ordinationibus vel clausulis[p] per eum editis et concessis, etiam in ipsis expectativarum, facultatum[q], nominationum, reservationum litteris appositis aut alias principaliter seu ad instar quomodolibet competentibus, in quibus hunc[r] ordinem qualitatum et graduum in assecutione beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi concessarum servari voluit. Quoad concedendas vero, si que sint aut reperiantur, nullius vult eas[s] esse roboris vel momenti.

---

[2] *1453 März 19 – 1454 März 18*.

---

[a] Prerogative - hic *Sevilla 5; Würzburg 131* Inter qualificatos quis preferendus sit etc
[b] *Sevilla 7 folgt* anni
[c] et *fehlt Firenze 64*
[d] tunc *Würzburg 131* nunc
[e] magister *fehlt Padova 64*
[f] *Padova 64 folgt* ex
[g] licentiato *Firenze 64* licentiatis
[h] studiorum *Firenze 64* sindicorum
[i] gradus *Sevilla 7, Würzburg 131* gradatus
[j] baccalariatum *Firenze 64* baccalarium
[k] audiendum *Padova 64* audientiam
[l] *Firenze 64 folgt* hii
[m] ad - citramontanis *fehlt Sevilla 7*
[n] *Sevilla 5 folgt* alias
[o] aut antelationibus *Sevilla 7, Würzburg 131* antelationum*;* antelationibus *Padova 64* antelationum
[p] clausulis *Meyer* regulis
[q] facultatum *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131*
[r] hunc *Padova 64* habeant*; Sevilla 7* habent
[s] eas *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131*

## 154.

QUOD INTER EQUALITER QUALIFICATOS HABENS RESERVATIONEM PREFERATUR QUOLIBET EXPECTANTI AC HABENS GRATIAM EXPECTATIVAM DE ANNO PRIMO SEU CURRENTI PREFERATUR HABENTI DE ANNO SEPTIMO[a].

Item statuit[b] et ordinavit[c], quod inter eos, qui fuerint in paritate qualitatis et graduum huiusmodi, habens reservationem seu nominationem preferatur de quacumque data priori vel posteriori vel alias quomodolibet expectanti. Habens expectativam[d] sub data de anno primo seu[e] data currenti seu alias in forma revalidationis aut extensionis concessam[f] preferatur habenti de anno septimo seu alias in posterum concedende. Inter eos vero, quibus iam concesse sunt gratie sub data de anno primo vel alia, seu inter eos, quibus concedentur gratie de anno septimo[g], in pari data oriundus preferatur non oriundo, et alias ius commune servetur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

---

[a] Quod – septimo *Würzburg 131*
[b] statuit *Padova 64* voluit
[c] et ordinavit *fehlt Firenze 64*
[d] *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 5 folgt* si
[e] seu *Sevilla 5* sub
[f] concessam *Sevilla 5* concessa
[g] septimo *Padova 64* VII

## 155.

QUOD ANTIQUE GRATIE EXPECTATIVE SUB CERTIS MODIS DEBENT POSTPONI NOVIS VIDELICET [...][a]

Item statuit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui ab eo expectativas[b], reservationes[c] seu alias nominationes sub data precedentium annorum obtinuerunt et ex eis vel earum altera iam in antea vel in posterum fuerunt unum[d], duo seu plura, si habentes qualitates aut gradus, de quibus supra, ad valorem quinquaginta[e], si non habentes, ad valorem XXV[f] librarum Turonensium seu[g] florenorum de Camera communi extimatione beneficia consecuti, in assecutione beneficiorum vigore huiusmodi gratiarum eatenus postponantur hiis, qui expectativas sub data[h] de anno septimo obtinebunt, dum tamen et quatenus habita eadem consideratione non fuerint ex similibus annorum precedentium gratiis aut nominationibus unum[i], duo[j] seu plura beneficia consecuti.

---

[a] Quod - [...] *Würzburg 131*
[b] *Firenze 64 folgt* gratias
[c] *Firenze 64 folgt* aut earum extensiones, revalidationes
[d] unum *fehlt Firenze 64*
[e] quinquaginta *Firenze 64, Würzburg 131* L
[f] XXV *Sevilla 5* viginti quinque
[g] Turonensium seu *fehlt Sevilla 5*
[h] sub data *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*
[i] unum *fehlt Firenze 64*
[j] duo *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131*

## 156.

QUOD, QUI NOVAS GRATIAS EXPEDITAS [...], SI ANTEA BENEFICIA DUO NON HABUERINT [VEL] DUAS GRATIAS, IN EX[PE]DITIONE HUIUSMODI NOV[ARUM] GRATIARUM DEBENT POSTP[ONI][a].

Item, ut quorundam insatiabilium ambitio comprimatur, statuit et ordinavit hoc idem pariformiter servari[b], si contingat expectativas gratias ab eodem[c] denuo concedi hiis, qui alias duas gratias ab eodem obtinuerunt seu gratiam et eius extensionem seu revalidationem aut reservationem seu alias nominationem, ut hii[d] eodem modo et ordine, de[e] quo supra, in assecutione beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi de anno septimo omnibus aliis

etiam sub quacumque data, etiam posteriori, expectantibus apostolicis eiusdem anni septimi postponantur.

---

[a] Quod - postponi *Würzburg 131*
[b] servari *Sevilla 5* observari
[c] ab eodem *Sevilla 5* a con *(!);* eodem *Firenze 64, Padova 64* eo
[d] hii *fehlt Padova 64*
[e] de *fehlt Firenze 64*

## 157.

NOTA REGUL[AM][a].

Item, cum alias, decimo[b] kalendas decembris pontificatus sui anno quarto[1], ad refrenandum ambitionem quamplurium, qui querentes brevi temporis spatio beneficiorum multitudinem accumulare expectativas, reservationes ac nominationes vigore facultatum regibus et aliis secularibus ac ecclesiasticis personis concessarum sibi fieri procura‹ve›runt, sanctissimus dominus noster statuit et ordinavit, quod nullus gaudere et uti possit pluralitate gratiarum huiusmodi, sed unica tantum sive expectativa sive vigore quarumcumque facultatum nominatione seu gratia mandati de conferendo ad vacatura debeat esse contentus, constitutionem ipsam innovans[c] et de novo corroborans ac confirmans tam quoad gratias huiusmodi[d] iam concessas quam in futurum concedendas mandat[e] ipsam inviolabiliter observari, etiamsi eidem constitutioni aut isti sub quavis forma seu clausulis derogatoriis, quas voluit hic haberi pro expressis[f], fuerit expresse derogatum.

---

[1] *1450 November 22.*

---

[a] Nota regulam *Würzburg 131; Sevilla 5 zu* alias *am Rand mit Verweiszeichen* Vide „Sanctissimus dominus noster“ folio XIX *(= Nr. 126)*
[b] decimo *Würzburg 131* X
[c] innovans *Würzburg 131* renovando
[d] huiusmodi *fehlt Sevilla 5*
[e] mandat *Sevilla 7, Würzburg 131* mandans
[f] *Sevilla 7 folgt* etiamsi

## 158.

Item, in favorem pauperum declarat sue intentionis non esse gratias huiusmodi de anno septimo concedi nobilibus et magistris in theologia seu in altero iurium doctoribus beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel[a] ecclesiastica CCC[b] nec etiam militaribus aut in altero iurium licentiatis seu in medicina vel artibus magistris beneficium seu beneficia CC[c] nec quibusvis aliis a predictis beneficium seu beneficia C[d] librarum Turonensium parvorum seu florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valoris annui[e] obtinenti-

bus, decernens[f], si quas importunitate[g] petentium concessas reperiri contingat, cum omnibus inde secutis nullius existere roboris vel momenti, etiamsi[h] presenti constitutioni fuerit expresse derogatum.

Placet T‹homas›[i1].

---

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*

---

[a] ecclesiasticum vel *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[b] CCC *Sevilla 5* trecentarum
[c] CC *Sevilla 5* ducentarum
[d] C *Sevilla 5* centum
[e] *Sevilla 5 folgt* excedant
[f] decernens *fehlt Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[g] importunitate *Sevilla 7, Würzburg 131* opportunitati
[h] etiamsi *Sevilla 7* etiam
[i] Placet Thomas *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*

**159.**

| | |
|---|---|
| *Firenze 64.* | *Sevilla 7, Würzburg 131.* |

Item statuit et sue intentionis fuisse et esse declaravit per prefatas constitutiones et quasvis alias etiam facultates et[a] indulta quibusvis concessa et in posterum concedenda prerogativis in favorem sequentium[b] curiam in quadam[c] constitutione alias per eum edita[1] contentis ac prerogativis et gratiis seu specialibus reservationibus venerabilibus fratribus suis sancte Romane ecclesie cardinalibus per eundem concessis noluisse et nolle preiudicari seu derogari, etiamsi[d] prerogativis et constitutionibus huiusmodi fuerit expresse derogatum.

Placet, publicentur et describantur in Cancellaria[e], T‹homas›[f2].

| | |
|---|---|
| Lecte et publicate fuerunt in Cancellaria apostolica suprascripte decem regule seu constitutiones, die septima mensis augusti pontificatus etc. anno septimo[3], A‹mbrosius de› Dardanoniis[4]. | Lecta et publicata de mandato prefati domini nostri pape Nicolai[g] in Cancellaria apostolica, septima[h] mensis augusti anno septimo. |

---

[1] = *Nr. 129.*
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *1453 August 7.*
[4] *Ambrosius de Dardanonibus.*

---

[a] quavis - et *fehlt Sevilla 7*
[b] *Padova 64 folgt* Romanam
[c] quadam *Sevilla 7* qua

[d] etiamsi *Sevilla 7* etsi
[e] publicentur - Cancellaria *fehlt Padova 64, Sevilla 5*
[f] Placet - Thomas *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131;* Thomas *fehlt Firenze 64*
[g] Nicolai *fehlt Würzburg 131*
[h] septima *Würzburg 131* VII

## 160.

Sanctissimus etc., quinto idus septembris pontificatus sui anno septimo[1], terminum eligendi collationes pro presentibus in Romana curia iuxta quandam per eum desuper editam constitutionem[2] prefixum ab illius fine pro eisdem usque ad exitum sequentis mensis novembris inclusive alias iuxta tenorem constitutionis predicte gratiose prorogavit[a].

[1] *1453 September 9*.
[2] *Vgl. oben Nr. 152*.

[a] *Layoutendnote*

## 161.

Sanctissimus dominus noster dominus[a] Nicolaus divina providentia papa quintus[b] provide considerans, quod[c] nonnulli nimium curiosi in dubium revocare nitebantur[d], an habentes ad instar familiarium suorum in certo libro Cancellarie apostolice descriptorum habentibus prerogativas et declarationes ad instar nominatorum regum, reginarum, ducum, comitum[e] seu aliorum quorumcumque etiam prelatorum in assecutione beneficiorum vigore gratiarum[f] et nominationum suarum per eos facta seu facienda deberent et debeant anteferri. Ad omne ambiguitatis dubium submovendum declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod habentes ad instar familiarium suorum descriptorum predictorum in quorumlibet beneficiorum ecclesiasticorum assecutione omnibus et singulis habentibus prerogativas et declarationes ad instar nominatorum regum, reginarum[g], ducum, prelatorum[h] et aliorum quorumcumque preferuntur et[i] preferantur, etiamsi in[j] ipsis nominatorum prerogativis et declarationibus cum expressa quarumvis constitutionum et declarationum[k] per eundem sanctissimum dominum nostrum in favorem familiarium descriptorum huiusmodi factarum seu in posterum faciendarum derogatione contrarium caveretur expresse, decernens iuxta declarationem huiusmodi etiam[l] in causis iam ceptis et in quavis instantia inter quoscumque quomodolibet pendentibus sententiari et iudicari debere[m] ac irritum et inane etc.[n]

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, T‹homas›[1]. B‹erardus› Spoletanus[o2].

Lecta et[p] publicata in Audientia contradictarum et descripta in Cancellaria apostolica fuit suprascripta regula[q], die XXVI mensis februarii anno[r] millesimo[s] CCCCLIIII, pontificatus eiusdem domini nostri domini Nicolai pape quinti[t] anno septimo[u3].

---

[1] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[2] *Berardus Eroli de Narnia*.
[3] *1454 Februar 26*.

---

[a] dominus *fehlt Padova 64, Sevilla 7*
[b] dominus - quintus *Firenze 64* etc.; quintus *Padova 64* V
[c] quod *fehlt Padova 64*
[d] nitebantur *Sevilla 5* intenebant *(!)*
[e] comitum *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[f] gratiarum *fehlt Sevilla 5*
[g] reginarum *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[h] prelatorum *fehlt Sevilla 7*
[i] preferuntur et *fehlt Sevilla 5*
[j] in *fehlt Sevilla 7, Würzburg 131*
[k] declarationum *Sevilla 5* ordinationum
[l] etiam *Sevilla 5* etiamsi
[m] debere *Sevilla 5* debeatur
[n] cum expressa - etc. *fehlt Padova 64*
[o] Placet - Spoletanus *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Würzburg 131*
[p] Lecta et *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[q] Audientia - regula *Sevilla 5* Cancellaria et in Audientia contradictarum
[r] anno *fehlt Firenze 64, Sevilla 7*
[s] millesimo *Sevilla 7, Würzburg 131* M
[t] anno - quinti *fehlt Sevilla 5;* eiusdem - quinti *Firenze 64* etc.
[u] Publicata - septimo *fehlt Padova 64*

## De potestate domini[a] vicecancellarii[b]

---

[a] domini *fehlt Padova 64, Sevilla 5*
[b] De – vicecancellarii *VL 4988, VL 4989, Padova 64, Sevilla 5*

### 162.

Primo, quod possit absolvere seu committere absolutionem eorum, qui ignoranter in supplicationibus vel litteris apostolicis[a] aliquid scriberent, corrigerent vel delerent.

---

[a] apostolicis *fehlt VL 4988*

### 163.

Item, quod possit corrigere nomen et cognomen persone et beneficii, dum tamen[a] constet de corpore.

---

[a] *Sevilla 5 folgt* sibi

**164.**

Item, quod possit concedere conservatorias quibuscumque petentibus et in litteris ponatur, quod conservatores possint vocare iniuriatores ad duas dietas.

**165.**

Item, quod processus auctoritate apostolica emanatos aggravare possit cum invocatione auxilii[a] brachii secularis, prout viderit expedire, ac sententias executioni demandare etiam contra intrusos et intrudendos per litteras[b] apostolicas et non alias.

---

[a] auxilii *fehlt Sevilla 5*
[b] *Padova 64 folgt* tamen

**166.**

Item, quod possit recipere resignationes omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum etiam generaliter vel specialiter reservatorum ex causa permutationis et desuper supplicationes per „Concessum“ signare, litteris super hoc[a] sub bulla conficiendis.

---

[a] super hoc *fehlt Sevilla 5*

**167.**

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

**168.**

Item, quod possit signare supplicationes de novis provisionibus, de gratiis[a] „Si neutri“[b] surrogationibus[c] pro collitigantibus, in quibus nulla detur clausula „Generalem reservationem importans“.

---

[a] de gratiis *fehlt VL 4989*
[b] *Sevilla 5 folgt* et
[c] surrogationibus *Padova 64* et surrogationes

**169.**

Item, quod possit signare supplicationes pro petentibus beneficia ecclesiastica secularia et regularia dispositioni apostolice generaliter non reservata[a], dummodo valor eorum centum florenorum auri de Camera vel centum librarum Turonensium parvorum vel tantundem in alia moneta secundum communem extimationem non excedat.

---

[a] *VL 4988, Sevilla 5 folgt* vacantia

## 170.

Item, quod possit signare reformationes[a] impetrationum quarumcumque[b] de non obstantiis omissis ac valoribus et qualitatibus earundem[c] etc.

---

[a] reformationes *VL 4988, VL 4989* reservationes
[b] impetrationum quarumcumque *Sevilla 5* impetran(tium) quorumcumque
[c] earundem *Sevilla 5* eorundem

## Sequitur[a] alia potestas

---

[a] Sequitur - potestas *Padova 64; VL 4988, VL 4989* Alia potestas

## 171.

Primo, quod possit committere absolutionem eorum, qui ignoranter in supplicationibus vel litteris apostolicis aliquid scriberent, corrigerent vel delerent.

## 172.

Item, quod possit corrigere nomina et cognomina personarum ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

## 173.

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

## 174.

Item, quod processus auctoritate apostolica decretos aggravare possit cum invocatione auxilii brachii secularis ac sententias executioni demandari facere etiam contra intrusos et intrudendos litteris apostolicis desuper conficiendis et non alias.

**175.**

Item, quod possit concedere quibuscumque[a] petentibus conservatorias ad triennium in forma.

[a] *Padova 64 folgt* personis

**176.**

Item, quibuslibet notabilibus[a] personis petentibus indultum de celebrando et celebrari faciendo ante diem et in locis interdictis ac per triennium reconciliari[b] faciendo ecclesias et cimiteria polluta in forma.

[a] notabilibus *Padova 64* notalibus *(!); Sevilla 5* nobilibus
[b] reconciliari *Sevilla 5* celebrari

**177.**

Item, dominis terrarum et locorum nec non abbatibus et[a] per[b] priores gubernari solitorum monasteriorum prioribus[c] ac superioribus[d] prelatis nec non magnorum principum consiliariis altare portatile in forma.

[a] et *VL 4989* ut
[b] per *fehlt VL 4988*
[c] prioribus *fehlt VL 4988*
[d] superioribus *Sevilla 5* subprioribus

**178.**

Item, protonotariis[a] ac litterarum apostolicarum scriptoribus et, de quibus iuxta illorum[b] sufficientiam et idoneitatem sibi videbitur, abbreviatoribus sua officia in Romana curia pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus, etiamsi alias eis tale indultum quavis auctoritate concessum fuerit.

[a] protonotariis *VL 4988* pro notariis
[b] illorum *Sevilla 5* aliorum

**179.**

Item, quod possit recipere et admittere resignationes beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet etiam[a] generaliter vel specialiter reservatorum simpliciter vel ex causa permu-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

tationis et desuper supplicationes per „Concessum“ signare, litteris apostolicis inde conficendis, ut moris est.

---

[a] etiam *fehlt Padova 64*

### 180.

Item, quod possit signare supplicationes duorum referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, „Si neutri“ surrogationibus[a] pro collitigantibus, in quibus non detur clausula „Generalem importans reservationem“.

---

[a] surrogationibus *Padova 64* surrogationum

### 181.

Item, quod possit signare supplicationes etiam[a] duorum referendariorum manibus signatas de beneficiis ecclesiasticis[b] vacantibus secularibus et regularibus dispositioni apostolice generaliter non reservatis[c], quorum cuiuslibet valor C florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonensium parvorum seu tantundem in alia moneta secundum communem extimationem[d] non excedat[e].

---

[a] etiam *fehlt Sevilla 5*
[b] ecclesiasticis *fehlt Sevilla 5*
[c] reservatis *VL 4988* reservatorum
[d] auri - extimationem *fehlt Sevilla 5*
[e] *Sevilla 5 folgt* ut supra in vita

### 182.

Item, quod possit signare supplicationes manu unius referendarii signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines et ad[a] duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura[b] se invicem compatientia, etiamsi[c] canonicatus et prebende vel officia collegiatarum ecclesiarum fuerint.

---

[a] ad *fehlt Padova 64*
[b] cum - cura *fehlt Sevilla 5*
[c] etiamsi *Sevilla 5* etiam

### 183.

Item, quod[a] in gratiis expectativis concedere possit ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura[b] defectum etatis patientibus, qui vicesimum[c] sue etatis annum peregerint[d] et de quibus sibi, quod alias ad hoc idonei sint, fides facta[e]

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

fuerit, quod[f] huiusmodi eorum gratie ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administrationes et officia valeant suumque[g] sortiantur effectum et quod illarum vigore, quamprimum ad etatem legitimam pervenerint, huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia acceptare et de illis sibi provideri facere ac ea recipere et retinere valeant.

[a] quod *fehlt VL 4988, VL 4989, Padova 64*
[b] *Sevilla 5 folgt* vel sine cura
[c] vicesimum *VL 4988* 20*; VL 4989* XX
[d] peregerint *Sevilla 5* attigerint
[e] facta *fehlt VL 4988, VL 4989*
[f] quod *fehlt VL 4988*
[g] suumque *Sevilla 5* que

### 184.

Item, quod in expectativis pro nobilibus et graduatis saltem viginti[a] annos habentibus et ad obtinendum beneficia[b], dignitates, personatus[c], administrationes vel officia cum cura defectum etatis patientibus[d] ad illa dispensationum supplicationes[e] signare possit de duobus annis.

[a] viginti *VL 4988* 20*; VL 4989, Padova 64* XX
[b] beneficia *fehlt Padova 64*
[c] personatus *fehlt Sevilla 5*
[d] patientibus *Sevilla 5* pascientibus
[e] supplicationes *Sevilla 5* subrep(titio)nes

### 185.

Item, quod in expectativis et de beneficiis generaliter vel specialiter non[a] reservatis impetrationum[b] quarumlibet reformationem de non obstantiis[c] et dispensationibus omissis ac beneficiorum valoribus et qualitatibus nataliumque defectibus signare possit.

[a] non *fehlt VL 4988, VL 4989, Sevilla 5*
[b] impetrationum *Sevilla 5* impetran(tium)
[c] obstantiis *Padova 64* obstantibus

### 186.

Item, quod sufficientibus et idoneis et de quibus, quod tales sint, ei facta fides extiterit, in expectativis signare possit ad maiores ecclesiarum prebendas, in quibus iuxta[a] illarum statuta et consuetudines de minoribus ad maiores gradatim fieri debet assensus[b].

[a] iuxta *Sevilla 5* extra
[b] assensus *VL 4989* ascensus*; Sevilla 5* accensus

## 187.

Item, quod possit ad ordines suscipiendos artatis[a] prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic artati successive ad ipsos ordines promoveantur.

[a] artatis *Sevilla 5* artare

## 188.

Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus divina providentia papa quintus[a], octavo[b] idus aprilis pontificatus sui anno octavo[c1], statuit, decrevit et ordinavit, quod quecumque concessiones et indulta quibusvis personis[d] concessa et in posterum concedenda, quod absentes prerogativis ad instar presentium uti et gaudere possint seu quod absentes presentes censeantur quoad usum prerogativarum huiusmodi sive seorsum sive in quibusvis gratiis, reservationibus, facultatibus et nominationibus ad illarum effectum etiam motu proprio aut quocumque respectu et cum[e] quibuscumque derogatoriis[f] clausulis etiam, que presentibus expresse derogare videantur, nulli de cetero quoad[g] quecumque beneficia, in quibus[h] hactenus non fuerit alicui eorum ius quesitum, suffragentur nec cuiquam preiudicent, sed habeantur prorsus pro infectis.

Placet et publicetur in Audientia et describatur in libro Cancellarie[i], T‹homas›[j2]. B‹erardus› Spoletanus[k3].

Lecta fuit et publicata prescripta regula sive constitutio in Cancellaria apostolica, die nona[l4], et in Audientia litterarum[m] contradictarum, undecima[n] mensis[o] aprilis anno[p] MCCCCLIIII, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti[q] anno octavo[5].

[1] *1454 April 6*.
[2] *Thomas Parentucelli = Nikolaus V.*
[3] *Berardus Eroli de Narnia*.
[4] *1454 April 9*.
[5] *1454 April 11*.

[a] dominus - quintus *Firenze 64* etc.
[b] octavo *Sevilla 5, Würzburg 131* VIII
[c] octavo *Würzburg 131* VIII
[d] personis *fehlt Firenze 64, Sevilla 7, Würzburg 131*
[e] cum *fehlt Würzburg 131*
[f] derogatoriis *Sevilla 7, Würzburg 131* declaratoriis

[g] quoad *Sevilla 7, Würzburg 131* qui ad
[h] quibus *Sevilla 7, Würzburg 131* quibusvis
[i] libro Cancellarie *Firenze 64, Sevilla 7, Würzburg 131* Cancellaria
[j] Thomas *fehlt Sevilla 5*
[k] Thomas - Spoletanus *fehlt Firenze 64*
[l] nona *Sevilla 7* IX
[m] litterarum *fehlt Sevilla 5, Sevilla 7, Würzburg 131*
[n] undecima *Sevilla 5, Sevilla 7* XI
[o] mensis *fehlt Sevilla 5*
[p] anno *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*
[q] sanctissimi - quinti *fehlt Sevilla 5; Sevilla 7, Würzburg 131* vero

## 189.

REDUCTIO LITTERARUM CONSERVATORIARUM AD FORMAM IN QUATERNO CANCELLARIE ANNOTATA, QUE INCIPIT „MILITANTIS“ ETC.[a]

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Ammonet nos incumbentis nobis pastoralis officii cura, ut subditorum profectibus diligenter intenti illorum occurramus dispendiis et, que in cuiusquam ipsorum[c] preiudicium sive noxam quavis etiam auctoritate prodisse comperimus, prout in Domino expedire conspicimus, salubriter revocemus. Sane dudum pro quibusvis personis ecclesiasticis certa rationabiliter[d] modificata, que incipit „Militantis ecclesie[1]“, forma litterarum, quibus personis eisdem contra quoscumque inferentes eis in rebus et bonis ac iuribus ad eos spectantibus molestias et iacturas conservatores deputarentur, habentes etiam cognoscendi de hiis, que iudicialem[e] requirerent[f] indaginem, potestate[g] per sedem apostolicam tradita, et in quaterno Cancellarie apostolice annotata, fuit conquerentibus personis accommoda nec aliis, contra quos littere tales impetrarentur, onerosa. Verum[h], prout a certo comperimus, diverse conservatoriales littere, que partim ex huiusmodi forma descendunt, alique videlicet nedum pro universo clero ecclesiarum, civitatum, diocesium vel locorum, sed etiam pro omnibus suppositis et membris eorundem, alique etiam pro laicalibus personis contra alios laicos, alie vero, in quibus derogationibus constitutionum[2] felicis recordationis Bonifatii pape VIII[i] predecessoris nostri in eis expressis nulla adiicitur[j] limitatio dietarum[k], ultra quas in causam tractos non liceat ad iudicium evocari, ac alias multipliciter a forma predicta et iuris communis dispositione exorbitantes sub bulla eorum, qui Basilee et postea in civitate Lausanensi sub nomine generalis concilii[l] congregati[m] fuerant, emana‹ve›runt, quarum pretextu multi hactenus diversis molestiis, vexationibus, indebitis gravati fuerunt. Nos considerantes litteras tales fere omnimodam absorbere ordinariorum iurisdictionem iudicum nec verisimi-

[1] *TANGL, KO S. 321-324 Nr. 129.*

liter de scitu[n] eorum, sub quorum nomine emana‹ve›runt, illarum exorbitantiis attentis[o], sed subdole et fraudulenter fuisse extortas[p] illasque censentes propterea et quecumque inde secuta nullius subsistere[q] debere robore firmitatis ac volentes tam ordinariis iudicibus quam aliis quibuscumque, ne[r] dictarum sic extortarum quam etiam quarumcumque nostrarum, si que fortassis per preoccupationem vel alias ultra limites tradite forme predicte reperiantur, litterarum pretextu indebitis molestiis agitentur, opportune providere auctoritate apostolica presentium serie statuimus et decernimus quibusvis tam nostris quam sub dicta bulla qualitercumque cum quibusvis clausulis illis, que citationes et executiones per edictum publicum, dum opus fuerit, faciendas et tempus, quibus[s] durature sunt, concernunt, dumtaxat excepta alias quam sub forma predicta in dicto quaterno annotata seu illius servatis limitibus concessis litteris, nullam prorsus[t] in iudicio vel extra illud, ubicumque exhibite fuerint vel ostense, fidem adhibendam fore nec illis stari[u] neque secundum eas iudicari debere, quinimo illas et quecumque inde secuta cassamus, irritamus et annullamus nulliusque decernimus fore[v] roboris vel momenti, mandantes nihilominus presentes litteras in eodem[w] quaterno describi et illas quibusvis eas petentibus sub bulla nostra ubique gratis dari atque concedi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum constitutionis, cassationis, irritationis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[x] millesimo quadringentesimo[y] quinquagesimo primo[z], sexto[aa] kalendas februarii pontificatus nostri[bb] anno quinto[cc][3].

De curia.

R. Bourdonis[dd][4].

---

[2] *VI 1.14.15.*
[3] *1452 Januar 27*.
[4] *R. Bourdonis*.

---

[a] Reductio - etc. *BL 2850, VL 6343; Sevilla 5* Ex quaterno Cancellarie apostolice
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.
[c] ipsorum *Sevilla 5* illorum
[d] rationabiliter *BL 2850, VL 6343* rationabili
[e] iudicialem *BL 2850, VL 6343* iudicialiter
[f] requirerent *BL 2850, VL 6343, Sevilla 5* requirunt
[g] potestate *Sevilla 5* potestatem
[h] verum *BL 2850, VL 6343* vero
[i] VIII *Sevilla 5* octavi
[j] adiicitur *BL 2850, VL 6343* dicitur
[k] dietarum *BL 2850, VL 6343* dictarum
[l] concilii *Arm. 82* consilii
[m] congregati *Sevilla 5* congrati
[n] scitu *BL 2850, VL 6343* situ

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[o] attentis *BL 2850, VL 6343* hactenus
[p] extortas *Arm. 82, Sevilla 5* exortas
[q] subsistere *fehlt BL 2850; Arm. 82* existere
[r] ne *Sevilla 5* nec
[s] quibus *fehlt BL 2850, VL 6343*
[t] nullam prorsus *BL 2850, VL 6343* nulla fore
[u] stari *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* stare
[v] decernimus fore *fehlt Arm. 82*
[w] eodem *fehlt Sevilla 5*
[x] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[y] millesimo quadringentesimo *Sevilla 5* MCCCC
[z] anno - primo *Paris 4172* 1451*;* millesimo - primo *BL 2850, VL 6343* MCCCCLI*;* primo *Sevilla 5 Lücke von ca. 1 cm*
[aa] sexto *Paris 4172* VI
[bb] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343*
[cc] quinto *Arm. 82* primo*; VL 6343* V
[dd] De curia / R. Bourdonis *fehlt Sevilla 5*; Bourdonis *BL 2850* Benedonis

## 190.

Et sic est finis regularum Cancellarie apostolice domini Nicolai pape quinti[a].

[a] Et - quinti *München 26837; Sevilla 7* Et sufficiunt hee regule et plures non sunt sanctissimi domini nostri Nicolai divina providentia pape V. Sequuntur Calixti*; Wien 3248* Et sic est finis

## Extravaganten

## 191.

***RV 409 Rubr.**, fol. 10v; **RV 409,** fol. 275v-276r; **Arm. 82**, fol. 246v-247r; **BL 2825**, fol. 179r; **BL 2850**, fol. 168v-169r; **VL 6343**, fol. 166r-166v; **Paris 4172**, fol. 228r-228v; **Regest:** Göller, Pönitentiarie 2/2 S. 71; Hofmann, Forschungen 2 S. 17 Nr. 64.*

Scriptores Penitentiarie apostolice declarantur familiares pape pro tempore existentes[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi erga omnes christifideles presertim clericali ascriptos militie et curie Romane officiales, quantum cum Deo possumus, nos liberales exhibere consuevimus, decens tamen et dignum esse censemus, ut scriptores Penitentiarie nostre[c], quorum officium ad animarum salutem noscitur pertinere, amplioribus favoribus et gratiis prosequamur. Nos igitur volentes eosdem Pentientiarie scriptores favore prosequi gratie specialis motu proprio non ad eorum vel alicuius alterius pro ipsis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ipsos omnes et singulos scriptores tam presentes quam futuros nostros et successorum nostrorum et sedis apostolice familiares fore atque censeri debere nec non omnibus et

singulis, que aliis nostris et ipsorum Romanorum pontificum familiaribus ex quibusvis[d] nostris ac aliis pontificum eorundem apostolicis constitutionibus quomodolibet competere et illis suffragari poterunt[e], privilegiis, antelationum prerogativis et indultis uti et gaudere posse auctoritate apostolica tenore presentium constituimus et ordinamus nec non omnibus et singulis scriptoribus prefatis tam presentibus quam futuris, ut omnes et singulas litteras apostolicas tam gratiam quam iustitiam concernentes per nos aut successores nostros et sedem predictam eis aut eorum alteri concessas seu in posterum concedendas secundum formam et stilum aliorum familiarium nostrorum in Cancellaria apostolica consuetum expediant et describant[f]. Motu simili eadem auctoritate indulgemus, mandantes omnibus et singulis, quorum interest seu quomodolibet interesse poterit in futurum, quatenus omnes et singulos scriptores prefatos pro veris nostris familiaribus habeant nec non omnibus[g] privilegiis, antelationum prerogativis et indultis huiusmodi uti, frui et gaudere permittant ac ipsorum scriptorum litteras apostolicas, ut prefertur, expediant seu expediri faciant, non obstantibus aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, etiamsi de ipsis eorumque[h] totis tenoribus presentibus habenda foret mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, ordinationis, concessionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Fabriani[1] Camerinensis diocesis, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo nono[i], quarto nonas augusti pontificatus nostri anno tertio[2].

Gratis de mandato domini nostri pape.

Coll. ‹per me› S. Consin.

R. Bourdonis[j3].

---

[1] *Fabriano, Marken, Italien.*
[2] *1449 August 2*.
[3] *R. Bourdonis.*

---

[a] Scriptores - existentes *BL 2850, VL 6343; RV 409 Rubr.* Scriptoribus litterarum sacre Penitentiarie conceditur, quod gaudeant prerogativis familiarium domini nostri pape etc.*; BL 2825* Pro scriptoribus Penitentiarie
[b] episcopus - Dei *RV 409, BL 2850, VL 6343* etc.*; RV 409 am Kopf auf dem linken Rand* P. de Noxeto *(= Petrus de Noxeto); BL 2825 am Kopf links* P. de Noxeto
[c] nostre *fehlt Arm. 82*
[d] quibusvis *Arm. 82* quibus
[e] poterunt *fehlt BL 2850*
[f] expediant - describant *Arm. 82, RV 409, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* expediantur et describantur
[g] *BL 2850 folgt* et singulis
[h] eorumque *Arm. 82* eorum

[i] incarnationis - nono *Arm. 82, Paris 4172* etc. 1449*; BL 2850* etc. MCCCCXLVIII*; VL 6343* etc. MCCCCXLVIIII
[j] Gratis - Bourdonis *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*

## 192.

***Arm. 82**, fol. 247r-248r; **Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$**; **BL 2825**, fol. 179v-180r; **BL 2850**, fol. 169r-169v; **VL 6343**, fol. 166v-167r; **Paris 4172**, fol. 228v-229v; **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 17 Nr. 192.*

QUOD SCRIPTORES APOSTOLICI IN ASSECUTIONE BENEFICIORUM GAUDEANT PREROGATIVIS DESCRIPTORUM FAMILIARIUM[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam[c] rei memoriam. Grata dilectorum filiorum scriptorum litterarum apostolicarum et familiarium nostrorum devotionis et familiaritatis obsequia, que nobis et sedi[d] apostolice hactenus impenderunt et adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, nec non litterarum scientia, vite[e] ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia quam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut ipsos specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Volentes igitur scriptores predictos premissorum obsequiorum et meritorum suorum intuitu favore prosequi gratie specialis ac omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura[f], que quilibet eorundem scriptorum etiam ex quibusvis[g] dispensationibus apostolicis obtinet et expectat ac in quibus et ad que[h] ius sibi quomodolibet competit, quecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint, eorumque fructuum, reddituum et proventuum veros valores annuos nec non ipsarum dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes ipsorum in hac parte supplicationibus inclinati volumus ac scriptoribus[i] litterarum huiusmodi auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia concedimus, quod ipsi omnes et singuli in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, oblegiorum, additamentorum, prestimoniorum, prestimonialium portionum et simplicium nec non aliorum[j] beneficiorum ecclesiasticorum omnium et singulorum cum cura et sine cura in expectativis gratiis ac specialibus reservationibus nec non mandatis de conferendo eorumque et cuiuslibet[k] ipsorum restitutionibus[l], validationibus[m], commutationibus, extensionibus ac desuper confectis litteris omnibus et singulis per nos etiam sub quibusvis formis hactenus concessis et forsan de cetero concedendis pro tempore comprehensorum, quecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint, ex nunc[n] in antea simul vel successive vacaturorum assecutione ac alias quoad totalem et plenarium[o] per eos gratiarum, reservationum, mandatorum, restitutionum, validationum, commutationum et extensionum huiusmodi et cuius-

libet eorum sortiendum effectum omnibus et singulis ac illis prorsus similibus prerogativis, antelationibus, exceptionibus, declarationibus, voluntatibus, statutis, privilegiis et indultis per nos dilectis filiis veris familiaribus nostris continuis commensalibus in certo Cancellarie apostolice libro descriptis ad hoc, ut gratiarum expectativarum per nos dudum eis concessarum celeriorem consequantur[p] effectum, hactenus concessis et forsan in posterum concedendis pariformiter absque illorum preiudicio etiam perinde in omnibus et per omnia, ac si dicti scriptores omnes et singuli specialiter nominatim et expresse quoad ea in dicto libro descripti fuissent et essent[q], plenarie uti et gaudere libere et licite possint quodque nulli cuiuscumque gradus, status, ordinis vel conditionis, etiamsi in canonicos ecclesiarum auctoritate nostra recepti[r] et in processibus diligentiores fuerint, dicta auctoritate nostra beneficia huiusmodi expectantibus ac in simili[s] assecutione ad instar familiarium descriptorum predictorum prerogativas, antelationes, exceptiones, declarationes, voluntates, statuta, privilegia et indulta per quascumque litteras vel concessiones nostras sub quibusvis formis aut verborum expressionibus et cum quibuscumque derogatoriis clausulis, etiam quod aliis ad instar familiarium descriptorum huiusmodi prerogativis, exceptiones, declarationes, voluntates, statuta, ordinationes et indulta huiusmodi pro tempore habentibus preferri debeant, vim et effectum in se forsan continentibus etiam motu proprio factas vel forsan faciendas[t] actu iam habentes vel forsan de cetero habituri scriptoribus prefatis vel eorum alicui in eorum assecutione predicta aliqualiter[u] periudicare seu aliquod preiudicium afferre non possint neque debeant, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non omnibus illis, que in litteris scriptoribus per non concessis predictis voluimus[v] non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo nono[w], sextodecimo[x] kalendas martii pontificatus nostri[y] anno tertio[1].

Io‹hannes› de Collis[z2].

---

[1] *1450 Februar 14*.
[2] *Johannes de Collis.*

---

[a] Quod scriptores apostolici in assecutione beneficiorum gaudeant prerogativis descriptorum familiarium *BL 2850, VL 6343; BL 2825 am Kopf links* P‹etrus› de Noxeto *und rechts* Gratis pro sociis
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.
[c] perpetuam *Arm. 82* futuram
[d] sedi *VL 6343* sedis
[e] vite *fehlt BL 2850, VL 6343*

[f] et sine cura *fehlt BL 2850, VL 6343*
[g] quibusvis *BL 2850, VL 6343* quibuscumque
[h] ad que *Arm. 82* atque
[i] scriptoribus *Arm. 82* scriptorum
[j] nec - aliorum *BL 2850* aliorumque
[k] cuiuslibet *BL 2850, VL 6343* cuilibet
[l] restitutionibus *BL 2850* constitutionibus
[m] validationibus *BL 2850, VL 6343* revalidationibus
[n] nunc *BL 2850, VL 6343* tunc
[o] plenarium *BL 2850, VL 6343* plenariam
[p] consequantur *BL 2850, VL 6343* consequetur
[q] et essent *fehlt Arm. 82*
[r] recepti *Arm. 82* precepti
[s] *Arm. 82 folgt* huiusmodi
[t] faciendas *BL 2850, VL 6343* fiendas
[u] aliqualiter *BL 2850, VL 6343* equaliter
[v] voluimus *Arm. 82, BL 2850, VL 6343* volumus
[w] anno - nono *Arm. 82, Paris 4172* 1449*; BL 2850, VL 6343* MCCCCXLVIIII
[x] sextodecimo *BL 2850, VL 6343* XVI
[y] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343*
[z] Iohannes - Collis *fehlt Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*

## 193.

***Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$*****;** ***BL 2825****, fol. 188r-188v;* ***BL 2850****, fol. 178r-178v;* ***VL 6343****, fol. 173v-174r (kollationiert 1.12.2011; 21.2.2012);* ***Paris 4172****, fol. 240r-240v.*

DEPUTATIO REGENTIS PER PAPAM MORTUO VICECANCELLARIO[a].

Nicolaus episcopus servus servorum Dei[b], venerabili fratri Berardo[1] episcopo Spoletano referendario nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Tue circumspectionis industriam et meritorum magnitudinem, quibus virtus altissimi ita personam tuam gratuita gratiarum largitione prevenit, ut in diversis, que ex commissione nostra gessisti, officiis et in presidentia Cancellarie sancte Romane ecclesie, in qua bone memorie Francisco[c2] episcopo Portuensi eiusdem ecclesie[d] vicecancellario de mandato nostro diutius assististi[e], te adeo sollicitum, sollertem et fidelem exhibueris, ut veluti iustitie cultor et in commisso fidelis servus prudens et acceptus super negotia domini constitutus commendari merueris, digna meditatione pensantes ampliori monemur pollicitatione fiducie, ut etiam circumspectioni tue maiora gerenda non dubitemus officia committere, certa confidentia ducti, quod per exacte sollicitudinis tue curam in illis te talem exhibebis, ut exinde mereberis amplius commendari et a nobis favoribus attolli benevolentie specialis. Hinc est[f], quod, cum officium vicecancellariatus ecclesie predicte per obitum prefati episcopi vacet ad presens, nos cupientes illud viro committere et in eo prefato episcopo successorem constituere ido-

[1] *Berardus Eroli de Narnia.*
[2] *Franciscus Condulmer*

neum, qui veluti electus ex milibus scientia et gerendarum rerum experientia edoctus timorem domini ac iustitie cultum cunctis affectibus preferat, ac attendentes, quod interim exercitium officii[g] huiusmodi cessare non possit, te regentem eiusdem[h] officii, quousque alium iuxta cor nostrum eiusdem ecclesie vicecancellarium constituendum et deputandum decreverimus sive usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presentium constituimus et deputamus ac illud dicto durante beneplacito tibi per te veluti regentem ipsius officii regendum, gerendum et exercendum committimus, dantes et concedentes tibi plenam et omnimodam facultatem omnia et singula circa officium huiusmodi faciendi, gerendi et exercendi, que predictus episcopus ex facultatibus per nos sibi concessis et alias ex officio vicecancellariatus huiusmodi, dum illo fungeretur, gerere, facere et exercere quomodolibet poterat seu debebat. Tu igitur exercitum officii huiusmodi prompta devotione suscipiens illud iuxta datam tibi a domino[i] prudentiam sic sollicite et fideliter gerere et exequi studeas, quod exinde valeas benevolentiam et gratiam nostram et apostolice sedis uberius promereri. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[j] millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio[k], quarto nonas novembris pontificatus nostri anno septimo[3].

De curia.

L‹aurentius› de[l] Cosciaris[4].

---

[3] *1453 November 2*.
[4] *Laurentius de Cosciariis.*

---

[a] Deputatio - vicecancellario *BL 2825; BL 2850* Constituitur regens Cancellarie ad beneplacitum pape per obitum vicecancellarii*; VL 6343* Constituitur regens Cancellarie ad beneplacitum propter obitum vicecancellarii
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.
[c] Francisco *fehlt BL 2850, VL 6343*
[d] ecclesie *fehlt BL 2850*
[e] assististi *BL 2825, VL 6343, Paris 4172* astitisti
[f] est *BL 2825* et
[g] officii *fehlt BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[h] eiusdem *BL 2850, VL 6343* huiusmodi
[i] a domino *BL 2850* ad non
[j] incarnationis dominice *VL 6343* domini
[k] millesimo - tertio *BL 2850, Paris 4172* 1453*; VL 6343* MCCCCLIII
[l] de *fehlt VL 6343*

## 194.

***RV 406 Rubr.**, fol. 8v; **RV 406**, fol. 229v; **Druck:** Mercati, Raccolta S. 176f.*

Revocatio gratiarum expectativarum et unionum, que non sint sortite effectum, in natione Germanice[a].

Nicolaus etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Decet sedis apostolice providentiam, que ab eius auctoritate procedunt, taliter moderari, ut per ipsam concessa statuta et ordinata in suo robore inviolata perdurent. Cum igitur felicis recordationis Eugenius papa IIII predecessor noster ad requistionem et supplicationem carissimi in Christo filiii nostri Friderici[1] Romanorum regis illustris ac venerabilis fratris nostri Theoderici[2] archiepiscopi Maguntinensis et dilecti filii nobilis viri Friderici[3] marchionis Brandeburgensis nonnullorumque aliorum nationis eiusdem nonnulla pro commodo statu et utilitate nationis Germanice eiusque prelatorum ecclesiarum ac ecclesiasticarum personarum statuerit et ordinaverit nec non prelatis, baronibus et singularibus personis dicte nationis nonnulla concesserit ac indulserit ac quasdam uniones et incorporationes fecerit, gratias expectativas concesserit, prout in diversis litteris desuper confectis, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur, ac nos postmodum dicto predecessore sublato de medio divina clementia ad apicem summi apostolatus assumpti post nostram de more subsecutam coronationem pro curie Romane reformatione, uniones et incorporationes beneficiorum, que non fuerunt sortite effectum, ac etiam expectativas gratias omnes duxerimus revocandas, reservationes quoque aliquas fecerimus et nonnulla alia statuta, ordinationes et regulas in Cancellaria nostra describi mandaverimus, que volumus observari, nos, ne per ipsum predecessorem statuta concessa, facta et ordinata in ipsa natione Germanica in dubium revocari possint et ne ipsis aliquod preiudicium generetur, auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse, quod per quecumque statuta, decreta, ordinationes, regulas et signaturas etiam supplicationum per nos facta seu in posterum fienda seu per quasvis gratias per nos de cetero concedendas in nullo derogetur factis, gestis, concessis statutis et indultis huiusmodi per ipsum predecessorem in natione predicta neque eis aliquod in parte vel in totum preiudicium generetur, cum intentionis nostre sit, gestis, factis, concessis statutis et indultis huiusmodi in nulla re contraire, quin potius, ut ea suum consequantur effectum, volumus et decernimus inviolabiliter observari et firma in singulis permanere. Nulli ergo etc. nostre declarationis voluntatis et decreti infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, quinto kalendas aprilis pontificatus nostri anno primo[4].

---

[1] *Friedrich III., 1440-1493 römischer König, 1452-1493 römischer Kaiser.*
[2] *Theoderich de Erbach, 1434-1459 Erzbischof von Mainz, vgl. Eubel, Hierarchia 2 S. 184.*
[3] *Friedrich II., 1437-1470 Markgraf von Brandenburg, vgl. W. Ribbe, Friedrich II., in LexMA 4, München 1989, Sp. 948.*
[4] *1447 März 28.*

Gratis de mandato domini nostri pape.

Coll. per me S. Consin.[5]

L. de Castiliono[6].

[5] *S. Consini.*
[6] *L. de Castiliono.*

[a] Revocatio - Germanice *RV 406 Rubr.*
[b] *RV 406 am Kopf auf dem linken Rand* P. de Noxeto *(= Petrus de Noxeto)*

## 195.

***Indice 270**, fol. 26v; **RV 386**, fol. 202r-204r; **RV 423 Rubr.**, fol. 3v; **RV 423**, fol. 146r-148v; **München 577**, fol. 38r-41v; **Würzburg 131**, fol. 59r-62r; **GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936; Druck:** BR 5 S. 96-100 Nr. 1 (mit Datum 1448 März 26); Mercati, Raccolta S. 181-185 (nach RV 386/423). Wegen der Vielzahl der Varianten habe ich die Konstitution in Abschnitte geteilt, obwohl sie in den Textzeugen immer in einem Textblock erscheint. In Petit, was aus Benedikt XII. Nr. 35B (rechte Spalte) übernommen wurde.*

De concordatis in tota Alamannia inter imperatorem et dominum cardinalem sancti Angeli confirmatio etc.[a]

(1) Nicolaus[b] episcopus servus servorum Dei[c]. Ad perpetuam rei memoriam[d]. Ad sacram Petri sedem divina dispositione[e] sublimati singulis, que[f] pro universalis ecclesie unione ac pace et tranquillitate[g] pro futura[h] fore[i] conspicimus[j], apostolice providentie sollicitudine[k] libenter[l] intendimus et ad[m] felicem illorum[n] prosecutionem et consumationem[o] opem[p] et operam impendimus efficaces.

[a] De - etc. *RV 386; Indice 270* Confirmatio concordatorum in Alamania inter imperatorem et dominum cardinalem sancti Angeli*; RV 423 Rubr.* Confirmatio et approbatio rectarum ordinationum et constitutionum super beneficiis vacantibus etc. in partibus Germanie editarum per cardinalem legatum in illis partibus*; München 577* Concordata principum *und am rechten Rand* Non continetur in VI*; Würzburg 131* Cum regi Romanorum inita per dominum Nicolaum papam quintum*; GW M29936* Compactata principum tam spiritualium quam secularium super electione prelaturarum ac collatione beneficiorum
[b] *RV 386 am Kopf links* Pe‹trus› de Noxeto *(= Petrus de Noxeto)*
[c] Nicolaus - Dei *fehlt GW M29936;* episcopus - Dei *fehlt GW 5730-5736, GW M27137;*
[d] servus - memoriam *RV 386, Würzburg 131* etc.*;* Ad - memoriam *fehlt RV 423*
[e] dispositione *GW 5736* dispositioni
[f] singulis, que *Würzburg 131, GW 5730-5736, GW M29936* singulisque
[g] tranquillitate *GW M29936* tranquilitate
[h] pro futura *fehlt Würzburg 131*
[i] fore *fehlt GW 5732-5736*
[j] conspicimus *Würzburg 131* conspeximus
[k] sollicitudine *GW M29936* solicitudine
[l] libenter *München 577* libere
[m] ad *fehlt Würzburg 131, GW 5730-5736, GW M27137*
[n] illorum *GW 5736* eorum
[o] consumationem *GW 5736* consummationem
[p] opem *Würzburg 131* apicem

(2) Nuper siquidem carissimus[a] in Christo filius noster Fridericus[b1] Romanorum rex illustris et nonnulli alii[c] dilecti filii ecclesiastici et seculares principes inclite[d] nationis Germanice[e] ex una ac dilectus filius noster Iohannes[f2] sancti Angeli diaconus[g] cardinalis in partibus illis apostolice sedis de latere[h] legatus per nos ad dictas partes missus sufficienti desuper a nobis et sede apostolica auctoritate suffultus ex alia[i] partibus Romane ecclesie et dicte nationis nominibus pro ipsius ecclesie unione et pace ac tranquillitate inter ecclesiam et nationem predictas perpetuo solidandis[j] et confovendis[k] diversa rationabilia[l] et utilia ordinationes ac statuta a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata[m], conclusa, acceptata[n] et concordata fecerunt ac ediderunt nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum subsistentia[o] robur apostolice firmitatis adiicere[p] nec non auctoritatem potiorem et decretum interponere dignaremur[q].

---

[1] *Friedrich III., 1440-1493 römischer König, 1452-1493 römischer Kaiser.*
[2] *Johannes Carvajal.*

---

[a] carissimus *fehlt Würzburg 131*
[b] Fridericus *RV 423, München 577* Fredericus*; GW 5734-5736* Federicus
[c] alii *GW M29936* alli
[d] inclite *GW 5734-5736* inclyte
[e] nationis Germanice *Würzburg 131* Alamanie Germanie nationis
[f] *Würzburg folgt* tituli
[g] diaconus *GW 5735-5736, GW M29936* dyaconus
[h] latere *Würzburg 131* letare
[i] alia *RV 423* una; *GW M29936* altera
[j] solidandis *GW M29936* solitandis
[k] confovendis *GW 5730-5732, GW M27137* conservandis*; GW 5733-5736* conversandis
[l] rationabilia *fehlt GW M29936*
[m] a partibus - laudata *fehlt Würzburg 131*
[n] acceptata *GW 5732-5736* accepta *(!)*
[o] subsistentia *Würzburg 131* subsistentie
[p] adiicere *GW M29936* adicere
[q] dignaremur *Würzburg 131* dignaretur

CONFIRMATIO[a].

(3) Nos itaque, qui[b] statuta[c], ordinationes et concordata predicta per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus magnarum[d] maturitatis[e], auctoritatis[f] et litterature viros diligenter examinari et discuti fecimus eaque rationabilia et salubria tam ecclesie quam nationi[g] prefatis[h] fore comperimus, de dictorum et aliorum venerabilium[i] fratrum nostrorum[j] predicte ecclesie cardinalium consilio[k] et assensu apostolica auctoritate et ex[l] certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus et acceptamus et presentis scripti patrocinio communimus[m] iuxta modum et formam[n] subsequentes[o].

---

[a] Confirmatio *München 577*

[b] qui *fehlt GW 5735-5736; GW 5733* que
[c] *Würzburg 131, GW M27137, GW 5730-5736 folgt* et
[d] magnarum *GW 5730-5736, GW M27137* magnorum
[e] maturitatis *München 577* maturitatum
[f] auctoritatis *München 577, GW M29936* auctoritate
[g] nationi *Würzburg 131* rationi
[h] prefatis *GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936* prefate
[i] venerabilium *fehlt RV 423*
[j] nostrorum *GW M29936* no trorum *(!)*
[k] consilio *GW 5731-5734* concilio
[l] ex *fehlt GW M29936*
[m] communimus *GW 5730-5731* co(mmun)ius
[n] modum et formam *GW M29936* modus ac formas*;* formam *RV 423, München 577* formas
[o] subsequentes *GW M29936* subscriptas

(4) Placet[a] nobis super provisonum[b] ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque provisionibus uti[c] iuris[d] scripti[e] reservationibus[f] et „Execrabilis[1]“ ac „Ad regimen[2]“ constitutionibus[g] modificatis, ut sequitur[h]: „Ad regimen ecclesie generalis quamquam immeriti superna dispositione vocati gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quod per nostre diligentie[i] studium ad quarumlibet[j] ecclesiarum et monasteriorum regimina ac[k] alia beneficia ecclesiastica iuxta divinum beneplacitum et nostre intentionis affectum viri assumantur idonei, qui presint ac[l] prosint commit-tendis[m] eis ecclesiis, monasteriis et beneficiis prelibatis.

[1] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*
[2] = *Benedikt XII. Nr. 35B.*

[a] Placet *GW 5730-5731, GW M27137* Placeat*; RV 423 folgt* etiam
[b] provisonum *fehlt Würzburg 131; GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936* provisione
[c] uti *Würzburg 131* et
[d] provisionibus - iuris *GW 5730, GW 5731* provisione ut iuri*; GW 5732-5736* ut iuri
[e] scripti *GW M29936* scrpiti
[f] reservationibus *GW 5730-5736* reservatione
[g] constitutionibus *GW 5730-5736* constitutione
[h] ut sequitur *fehlt Würzburg 131*
[i] diligentie *RV 423* indulgentie
[j] quarumlibet *GW M29936* quorumlibet
[k] ac *GW 5730-5736, GW M27137* citra
[l] ac *RV 423* aut
[m] committendis *GW M29936* committendum

(5) Premissorum itaque consideratione inducti et suadentibus nobis aliis rationabilibus[a] causis non-nullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes omnes patriarchales, ar-chiepiscopales, * episcopales ecclesias[b], * monasteria, prioratus, dignitates, personatus et officia nec non canonicatus et prebendas et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura secularia et[c] regularia, quecumque et qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa persone consueverint seu debuerint per electionem seu quemvis alium modum assumi, nunc apud sedem apostolicam quocumque modo[d] vacantia et in posterum vacatura nec non per depositionem[e] seu privationem seu[f] translationem per nos seu auctori-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

tate nostra factas et in antea faciendas ubilibet nec non ad que aliqui * in concordia vel discordia electi seu[g] postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa vel per eos[h] facta renuntiatio et admissa[i] auctoritate nostra extiterit seu quorum electorum vel postulatorum et in antea eligendorum vel postulandorum electionem cassari seu postulationem repelli aut renuntiationem admitti per nos aut[j] auctoritate nostra[k] continget[l], apud sedem predictam vel alibi ubicumque et etiam per obitum cardinalium eiusdem ecclesie Romane aut[m] officiariorum dicte sedis, quamdiu ipsa officia actualiter tenebunt, videlicet vicecancellarii, camerarii, septem notariorum, auditoris[n] litterarum contradictarum et apostolici Palatii causarum[o] auditorum[p], correctoris[q], centum et unius[r] scriptorum litterarum apostolicarum et viginti quattuor[s] Penitentiarie prefate sedis et viginti quinque[t] abbreviatorum nec non verorum commensalium[u] nostrorum et aliorum viginti quinque[v] capellanorum[w] sedis eiusdem in epitafio[x] descriptorum et etiam quorumcumque legatorum seu collectorum ac in terris Romane[y] ecclesie rectorum ac thesaurariorum deputatorum seu missorum hactenus vel deputandorum aut[z] mittendorum in posterum vacantia[aa] et in antea[bb] vacatura, ubicumque dictos legatos vel collectores seu rectores aut[cc] thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi[dd] contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam Curiam venientium seu etiam[ee] recedentium ab eadem, si in locis a[ff] dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus iam forsan obierint[gg] vel eos in antea ab hac luce transire[hh] contigerit, * etiam[ii] simili modo quorumcumque curialium peregrinationis, infirmitatis seu recreationis vel alia quacumque[jj] causa ad quevis loca secedentium[kk], si[ll], antequam ad dictam curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia, ut premittitur, non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat, ibidem iam forsan decesserint vel in posterum eos[mm] contigerit[nn] de medio submoveri, et[oo] nunc[pp] per obitum huiusmodi vacantibus vel in posterum vacaturis.

---

[a] rationabilibus *GW 5730* rationalibus
[b] ecclesias *fehlt GW 5730-5736, GW M27137*
[c] et *GW M29936* vel
[d] quocumque modo *fehlt Würzburg 131*
[e] depositionem *RV 423* dispositionem
[f] seu *Würzburg 131, GW 5730-5736, GW M27137* aut
[g] seu *GW 5730-5736, GW M27137* sive
[h] eos *RV 423* nos
[i] et admissa *Würzburg 131* et remisso
[j] aut *fehlt GW M29936*
[k] nostra *GW M29936* predicta
[l] continget *GW M29936* contingit
[m] aut *GW M29936* seu
[n] auditoris *fehlt Würzburg 131; GW 5730-5736, GW M27137* auditorum
[o] causarum *fehlt RV 423, Würzburg 131*
[p] auditorum *GW M29936* auditoris
[q] correctoris *Würzburg 131, GW 5730-5736, GW M27137, RV 423* correctorum
[r] unius *GW 5734* unus
[s] viginti quattuor *Würzburg 131, GW 5730-5736* XXIIII
[t] viginti quinque *GW 5730-5736* XXV
[u] commensalium *GW M29936* conmensalium
[v] viginti quinque *Würzburg 131* vigintique*; GW 5730-5736* XXIIII*;* quinque *GW M27137* quattuor

[w] capellanorum *GW 5734-5735* capellanorumque
[x] epitafio *Würzburg 131* ephitaphio*; München 577, GW 5730, GW 5734-5736, GW M27137* epitaphio*; GW 5731-5733* epithaphio*; GW M29936* epitasio
[y] Romane *GW 5733-5734* ratione
[z] aut *GW M29936* ac
[aa] vacantia *GW 5730-5731* vacanti
[bb] antea *GW 5733* ante
[cc] aut *fehlt GW 5733-5736*
[dd] eximi *GW 5730, GW M29936* eximii
[ee] seu etiam *Würzburg 131* se
[ff] a *GW 5730-5733, GW M27137* et
[gg] obierint *GW 5733-5736* obierunt
[hh] transire *Würzburg 131* transigere *(!); GW M29936* migrare
[ii] etiam *RV 423* vel
[jj] quacumque *GW 5731* quecumque
[kk] secedentium *RV 386 (verschlimmbessert), Würzburg 131, GW M27137* recedentium
[ll] *RV 386, RV 423, GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936 folgt* eos
[mm] eos *Würzburg 131* forsan
[nn] contigerit *GW M29936* contingat
[oo] et *GW 5731-5736* etiam
[pp] nunc *Würzburg 131* tunc

(6) Rursus monasteria, prioratus et dignitates, decanatus, personatus[a], administrationes, officia, canonicatus, prebendas et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura[b], quecumque et qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa persone consueverint seu debuerint[c] per electionem seu quemvis alium[d] modum assumi, que[e] promoti per nos seu auctoritate[f] nostra ad patriarchalium, archiepiscopalium, * episcopalium ecclesiarum nec non[g] monasteriorum[h] regimina[i] obtinebant[j] tempore promotionis de ipsis facte[k] nunc quocumque modo[l] vacantia aut in posterum vacatura nec non etiam, que[m] per assecutionem pacificam[n] quorumcumque prioratuum, personatuum, officiorum, canonicatuum, prebendarum, ecclesiarum aut beneficiorum aliorum per nos seu auctoritate[o] litterarum nostrarum[p] immediate collatorum seu conferendorum in posterum[q], preterquam si[r] virtute gratie expectative assecutio fiet[s], nunc vacantia et in antea vacatura - plena super[t] premissis omnibus et singulis[u] cum fratribus nostris collatione prehabita et matura deliberatione secuta - ordinationi, dispositioni ac provisioni[v] nostre * de ipsorum fratrum * consilio[w] auctoritate apostolica reservamus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super premissis et quolibet eorum per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari[x] *".

---

[a] decanatus personatus *GW 5730-5736, GW M27137* personatus decanatus
[b] cum - cura *fehlt Würzburg 131; München 577 folgt* vel
[c] seu debuerint *fehlt RV 423*
[d] quemvis alium *Würzburg 131* quamvis aliam alium
[e] que *GW 5730-5733* qui
[f] auctoritate *GW M29936 nach Seitenwechsel wiederholt*
[g] non *fehlt GW 5735-5736*
[h] nec - monasteriorum *fehlt Würzburg 131*
[i] regimina *GW 5731, GW 5734-5736* regi(min)a*; GW 5732-5733* regia
[j] obtinebant *GW 5730-5736, GW M27137* obtinebunt

[k] facte *RV 386, München 577, Würzburg 131, GW 5730-5732, GW M27137, GW M29936* factarum*; RV 423, GW 5733-5736* factorum
[l] modo *fehlt RV 423*
[m] etiam que *fehlt Würzburg 131;* que *fehlt GW M29936*
[n] pacificam *RV 423* pontificum
[o] *München 577 folgt* nostra vel
[p] litterarum nostrarum *Würzburg 131, GW 5732-5736* nostrarum litterarum
[q] in posterum *Würzburg 131* ipsorum
[r] si *fehlt GW M29936*
[s] fiet *Würzburg 131* fiat
[t] super *fehlt GW M29936*
[u] premissis - singulis *Würzburg 131* hoc*;* et singulis *fehlt GW 5735*
[v] dispositioni - provisioni *GW M29936* provisioni ac dispositioni
[w] consilio *GW 5731-5734* concilio
[x] attemptari *GW M29936* acceptari

(7) Item[a] placet nobis, quod in[b] metropolitanis et cathedralibus etiam immediate non[c] subiectis ecclesiis et in monasteriis immediate subiectis sedi apostolice[d] fiant electiones canonice, que ad dictam sedem deferantur, quas etiam ad tempus constitutum in constitutione[e] felicis recordationis Nicolai pape III[f], que incipit[g] „Cupientes[1]“, expectabimus et lapso[h] dicto tempore, si non presentate[i] vel si presentate[j] minus canonice[k] fuerint[l], providebimus et, si canonice fuerint, eas confirmabimus[m], nisi ex rationabili et evidenti causa ac de dictorum fratrum consilio[n] de digniori et utiliori[o] persona duxerimus[p] providendum, proviso quod confirmati predicti et[q] per nos provisi metropolitanis suis et aliis prestent debita iuramenta et alia, ad que de iure tenentur.

[1] *VI 1.6.16.*

[a] Item *RV 423* Etiam
[b] in *fehlt RV 423; Würzburg 131* de
[c] non - immediate *fehlt RV 423*
[d] apostolice *GW 5733* postolice *(!)*
[e] constitutum - constitutione *GW 5730-5736, GW M27137* constitutionis*;* constitutione *GW M29936* constitutionibus
[f] III *Würzburg 131, GW 5730, GW M27137, GW M29936* tertii
[g] incipit *GW M29936* incipientes
[h] lapso *GW 5730-5736, GW M27137* elapso
[i] presentate *GW M29936* potestate
[j] vel si presentate *fehlt München 577*
[k] canonice *fehlt RV 423*
[l] fuerint *fehlt Würzburg 131*
[m] confirmabimus *RV 423* presentabimus
[n] consilio *GW 5731-5734* concilio
[o] utiliori *GW M29936* ulteriori
[p] duxerimus *RV 423, GW 5730-5736, GW M27137* duximus
[q] et *RV 423* aut

(8) Et[a] in[b] monasteriis dicte sedi immediate non subiectis et aliis regularibus beneficiis, super quibus pro confirmatione vel provisione ad dictam sedem non consuevit haberi

recursus, electi seu illi, quibus providendum est, pro confirmatione et provisione[c] huiusmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur ipsaque[d] regularia beneficia sub expectativis gratiis non cadant.

---

[a] et *GW 5730-5736, GW M27137* etiam
[b] in *fehlt RV 423*
[c] et provisione *fehlt Würzburg 131;* provisione *GW 5733* provisioni
[d] ipsaque *GW M29936* ipsa

(9) Ubi autem pro monasteriis[a] ad dictam curiam[b] venire seu mittere consueverunt[c], non aliter confirmabimus vel providebimus, quam superius[d] de cathedralibus ecclesiis est expressum.

---

[a] monasteriis *GW 5733* monasteris *(!)*
[b] pro - curiam *GW M29936* ad dictam curiam pro monasteriis
[c] consueverunt *GW 5730-5736, GW M27137* consueverint
[d] superius *GW 5733* supernis *(!)*

(10) Et de monasteriis monialium non disponemus, nisi sint exempta, et tunc per commissionem ad partes.

(11) De ceteris vero dignitatibus et beneficiis quibuscumque secularibus et regularibus vacaturis ultra reservationes predictas - maioribus dignitatibus post pontificales in cathedralibus et principalibus[a] in collegiatis ecclesiis exceptis[b] - iure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

---

[a] et principalibus *RV 423* in patriarchalibus
[b] *RV 386 (am Rand nachgetragen), GW 5730-5736, GW M27137 folgt* de quibus

NOTA DE RESERVATIONIBUS[a].

(12) Placet etiam nobis, quod per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectativam aut quamvis aliam dispositionem sub quacumque verborum forma per nos vel auctoritate nostra factam vel faciendam non impediemus[b] nos, quo minus de illis, cum vacabunt[c] de februarii, aprilis[d], iunii, augusti, octobris et decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinebit[e], reservationibus[f] aliis a[g] premissis ac dispositionibus[h] auctoritate nostra factis vel faciendis non obstantibus[i] quibuscumque.

---

[a] Nota - reservationibus *München 577*
[b] impediemus *GW M29936* impediremus

[c] vacabunt *RV 423* vacabant
[d] aprilis *GW M29936* aprili
[e] pertinebit *RV 386, GW 5730-5736, GW M27137* pertinebat*; Würzburg 131* pertineat
[f] reservationibus *GW 5730-5736* reservatione
[g] a *fehlt GW 5733-5736; GW M29936* et
[h] dispositionibus *GW 5730-5736* dispositione*; GW 5731* dispsitione *(!)*
[i] obstantibus *GW M29936* obstante

MENSES PAPALES HIC NOTA[a].

(13) Quotiens vero aliquo vacante beneficio de[b] ianuarii[c], martii, maii, iulii, septembris et novembris mensibus specialiter dispositioni[d] dicte sedis[e] reservatio[f] non apparuerit[g] infra tres menses[h] a die note vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo[i] apostolica auctoritate provisum fuerit[j], ex tunc[k] et non antea ordinarius[l] vel alius[m], ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit.

[a] Menses - nota *München 577*
[b] de *GW 5731-5736* ac
[c] ianuarii *RV 423* annatis
[d] dispositioni *fehlt Würzburg 131*
[e] sedis *Würzburg 131, GW M27137* sedi
[f] reservatio *Würzburg 131 GW 5730-5736, GW M27137* reservatis
[g] apparuerit *GW 5731-5736* apparuerint
[h] menses *fehlt Würzburg 131*
[i] illo *RV 423, GW 5730-5734, GW M27137* illa
[j] fuerit *RV 423* fuit*; GW 5736* fuerint
[k] tunc *GW 5731-5734* nunc
[l] ordinarius *GW 5736* ordinariis
[m] alius *GW 5731-5734* alias

(14) Et ad finem, ut hec ordinatio collationum beneficiorum non[a] reservatorum per alternos menses possit per dictam nationem publicari et omnes, qui ea[b] gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam[c] acceptandi, tunc quoad dictam[d] sedem in[e] kalendis[f] iunii proxime futuris[g][1] ipsa currere[h] incipiet[i] et durabit deinceps, nisi in futuro concilio de consensu dicte nationis aliter fuerit ordinatum.

[1] *1449 Juni 1.*

[a] non *RV 423* vel
[b] ea *Würzburg 131* de ipsa
[c] eam *Würzburg 131* eundem
[d] dictam *Würzburg 131* apostolicam
[e] in *Würzburg 131* 3[a]
[f] kalendis *GW M29936* kallendis
[g] futuris *Würzburg 131, GW M29936* futurum*; RV 423* futuri
[h] currere *GW M29936* incurrere
[i] incipiet *GW 5730-5736, GW M27137* incipiat

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

NOTA DE ANNATIS[a].

(15) Placet similiter nobis, quod circa provisionem dicte sedis[b] ordinandam modus annatarum[c] hoc modo currat[d]: De ecclesiis cathedralibus omnibus et monasteriis virorum dumtaxat vacantibus et vacaturis solvantur pro[e] fructibus primi anni a die vacationis summe pecuniarum[f] in libris[g] Camere apostolice[h] taxate, que communia servitia nuncupantur[i], et, si que excessive taxate sint[j], retaxentur[k], et quod provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum[l], temporum et regionum, ne nimium pregraventur. Ad quod petentibus dabimus[m] commissiones[n] in partibus, qui diligenter inquirant et retaxent[o].

---

[a] Nota - annatis *München 577*
[b] sedis *München 577, GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936* sedi
[c] annatarum *GW M29936* annuandarum
[d] currat *GW M29936* curat
[e] pro *GW 5730-5736, GW M27137* de
[f] pecuniarum *GW M29936* peccuniarum *(!)*
[g] in libris *GW M29936* trium librarum
[h] apostolice *GW 5731* apostoice *(!)*
[i] nuncupantur *GW M29936* nunccupantur *(!)*
[j] sint *GW M29936* fuit
[k] retaxentur *fehlt GW 5731-5736*
[l] rerum *fehlt Würzburg 131*
[m] dabimus *fehlt Würzburg 131*
[n] commissiones *GW 5730-5736, GW M27137* commissionem*; GW M29936* commissionis
[o] retaxent *Würzburg 131* taxent*; GW M29936* retraxent

(16) Taxe autem predicte[a] pro media parte[b] infra annum a die habite possessionis pacifice totius vel[c] maioris partis solvantur et pro alia media parte infra annum sequentem et, si infra annum[d] bis vel pluries vacaverit, semel tantum solvatur nec debitum huiusmodi in successorem in[e] ecclesia vel monasterio transeat.

---

[a] predicte *GW M29936* predicee *(!)*
[b] pro - parte *fehlt RV 423*
[c] vel *fehlt GW M27137*
[d] annum *fehlt RV 423*
[e] in *fehlt München 577*

(17) De ceteris vero dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis secularibus ac regularibus quibuscumque, que auctoritate dicte sedis conferentur[a] vel de quibus providebitur preterquam[b] vigore gratiarum expectativarum aut causa permutationis, solvantur annate[c] seu medii[d] fructus iuxta taxam solitam a tempore possessionis infra annum et debitum huiusmodi similiter[e] in successorem in beneficio non transeat, sed de beneficiis, que[f] valorem viginti quattuor[g] florenorum auri de Camera non excedunt[h], nihil solvatur curratque[i] hec

observantia[j] deinceps, nisi eam similiter[k] in futuro concilio de ipsius nationis consensu contingat immutari.

---

[a] conferentur *GW 5730-5736, GW M27137* conferantur
[b] *Würzburg 131 folgt* videatur
[c] annate *GW M29936* annuate *(!)*
[d] medii *GW M29936* medie *(!)*
[e] similiter *fehlt GW 5736; Würzburg 131* simpliciter; *GW M29936* similtter *(!)*
[f] *GW M29936 folgt* ad
[g] viginti quattuor *Würzburg 131* XXIIII
[h] excedunt *GW 5730-5734, GW M27137* excedant
[i] curratque *GW 5733* curatque*; GW 5734-5736, GW M29936* duratque
[j] observantia *GW M29936* observata
[k] similiter *Würzburg 131* simpliciter

(18) In aliis autem, que[a] per felicis recordationis Eugenium papam IIII[b] etiam[c] predecessorem nostrum pro dicta natione usque ad tempus futuri generalis concilii permissa, concessa, indulta et decreta ac per nos confirmata fuerunt[1], in quantum illa[d] concordie presenti non obviant[e], ista vice nihil esse volumus[f] immutatum[g] et per hoc, quod in concordatis[h] huiusmodi sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis litteris propter competentiorem[i] descriptionem Alamania[j] specialiter[k] appellatur, natio ipsa censeri non debeat[l] a Germanica natione distincta[m] seu quomodolibet separata.

---

[1] *Vgl. oben Nr. 192*.

---

[a] que *fehlt Würzburg 131*
[b] IIII *GW 5730, GW 5732-5734, GW M27137* quintum*; GW 5731* citum *(!); GW 5735-5736* V*; GW M29936* quartum
[c] etiam *fehlt Würzburg 131*
[d] illa *GW M29936* ille
[e] obviant *GW M29936* obiciant
[f] esse volumus *GW 5730-5736, GW M27137* volumus esse
[g] esse - immutatum *Würzburg 131* volumus immutari
[h] concordatis *Würzburg 131* concordia
[i] competentiorem *GW 5731-5734* compentiorem *(!); GW 5735-5736* compensiorem
[j] Alamania *GW 5731-5734* Almania*; GW M29936* Alamonia *(!)*
[k] specialiter *München 577, GW M29936* specialis
[l] debeat *München 577, GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936* debet
[m] distincta *GW M29936* distincte

(19) Preterea[a], quia difficile foret presentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsitan facienda fuerit, loca deferre[b], eadem apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum[c] transsumpto[d] metropolitanorum dicte nationis[e] sigillo munito tamquam presentibus, si exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur et perinde stetur, ac si dicte presentes littere forent exhibite vel ostense et insuper quoque irritum[f] et inane, si secus super hiis[g] a quoquam[h] quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino

hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, communitionis[i], reservationis, constitutionis[j] et voluntatis[k] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc[l] attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius[m] se noverit incursurum[n]. Datum Rome apud Sanctum Petrum[o], anno incarnationis dominice[p] millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo[q], quartodecimo[r] kalendas aprilis pontificatus nostri[s] anno secundo[1].

| | |
|---|---|
| *RV 386.* | *GW 5730-5736, GW M27137.* |
| De Curia[t]. | B. de Callio[2]. |
| Collata et correcta per me P‹etrus› Xim‹ini›[3]. A. de Magio[u4]. | Sumptum de registro Camere apostolice collationatum per me G‹erardum› de Vulterris[5] dicti registri magistrum et concordat. |

[1] *1449 März 19; da Nikolaus V. am 19. März 1447 gekrönt wurde, wäte das richtige Pontifikatsjahr eigentlich das dritte, vgl. Benedikt XIII Nr. 305.*
[2] *B. de Callio*.
[3] *Petrus Ximini.*
[4] *A. de Magio*.
[5] *Gerardus Johannis de Maffeis de Vulterris.*

[a] Preterea *GW 5730-5736, GW M27137* Propterea
[b] deferre *Würzburg 131, GW 5731-5736* differre
[c] ipsarum *Würzburg 131, GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936* ipsorum
[d] transumpto *GW 5733-GW 5736* transumptio
[e] metropolitanorum - nationis *RV 423, Würzburg 131, GW M29936* alicuius episcopalis *(*episcopalis *GW M29936* specialis*)* vel superioris ecclesiastice curie
[f] quoque irritum *RV 423, München 577, Würzburg 131* irritum quoque decernimus; *GW M29936* irritum quoque
[g] hiis *GW 5730-5736, GW M29936* his
[h] quoquam *GW M29936* quodam
[i] communitionis *GW M29936* communicationis
[j] constitutionis *GW 5731* onstitutionis *(!)*
[k] *München 577 folgt* et decreti
[l] autem hoc *GW 5730-5733, GW M27137* hoc autem
[m] eius *fehlt GW 5731*
[n] omnino - incursurum *RV 386* etc.; *RV 423* etc. Si quis etc.
[o] apud - Petrum *fehlt Würzburg 131*
[p] incarnationis dominice *RV 386* etc.
[q] millesimo - octavo *RV 423* MIIII$^{C}$XLVIII*; München 577* MCCCCXL.. *(die Einser sind überschrieben); Würzburg 131* MCCCCXLVII*;* octavo *GW 5730-5736, GW M27137, GW M29936, Mercati* septimo
[r] quartodecimo *fehlt GW 5730-5736; Würzburg 131, GW M29936* XIIII
[s] pontificatus nostri *fehlt RV 386*
[t] De curia *fehlt RV 423, Würzburg 131, GW M29936*
[u] Collata - Magio *fehlt RV 423, Würzburg 131, GW M29936*

## 196.

***Reg. Vat. 393,** fol. 10 (dort nicht auffindbar!)*; **Druck:** *Emil Göller, Die Kommentatoren der päpstlichen Kanzleiregeln vom Ende des 15. bis zum Beginn des 17. Jahrhunderts. Ein Beitrag zur Geschichte der Quel-*

*len des kanonischen Rechts, Archiv für katholisches Kirchenrecht 85 (1905) S. 441-460, 86 (1906) S. 21-34 und 259-265, hier S. 457 (nach RV 393).*

Et demum nos cupientes aliquos familiares nostros in quodam Cancellarie apostolice libro descriptos apostol‹ic›is prosequi gratiis et specialibus fulciri prerogativis motu proprio voluimus ac eis auctoritate apostolica concessimus, quod singuli ipsorum in assecutione quorumcumque canonicatuum, prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum eis sub datis huiusmodi per nos concessarum acceptarent et de quibus eis provisum foret, omnibus aliis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis forent, omnino preferentur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl